DE

EUSEBII CÆSARIENSIS

DUPLICI OPUSCULO

Περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων

THESIM

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI
PROPONEBAT

J. VITEAU

LUTETIÆ PARISIORUM
APUD E. BOUILLON, EDITOREM
67, Via dicta Richelieu, 67

—

MDCCCXCIII

DE EUSEBII CÆSARIENSIS DUPLICI OPUSCULO

περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων

OPTIMO ET DOCTISSIMO VIRO

L. DUCHESNE

INSCRIPTIONUM ET HUMANIORUM LITTERARUM ACADEMIÆ

SOCIO ORDINARIO

QUEM IN SCHOLA MAJORUM STUDIORUM SORBONENSI

QUATTUOR ANNOS

LIBENTISSIME AUDIEBAM

DE

EUSEBII CÆSARIENSIS

DUPLICI OPUSCULO

Περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων

THESIM

FACULTATI LITTERARUM PARISIENSI
PROPONEBAT

J. VITEAU

LUTETIÆ PARISIORUM
APUD E. BOUILLON, EDITOREM
67, Via dicta Richelieu, 67

—

MDCCCXCIII

DE EUSEBII CÆSARIENSIS

DUPLICI OPUSCULO

Περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων

PROOEMIUM

Quamquam Eusebii Cæsariensis episcopi vitam omnes sane recordantur, non tamen supervacuum est ea brevius commemorare quæ ad propositum pertinent et hanc nostram disserendi materiem explanare possunt.

I. Etenim, anno circiter 270 in Palæstina natus, ibidem ingenue educatus est. Diocletiani, Galerii Maximianique dira persecutio cum in Palæstina sæviret, ipse paucis Cæsareæ martyriis adfuit; cetera vero ab oculatis testibus quamprimum audivit. Postquam in Ægypto breve tempus transegit, sedata tempestate et pace Ecclesiæ restituta, communi omnium consensu Cæsareæ episcopus electus est anno 314. Pamphili vitam jam antea ediderat, illoque tempore Historiæ Ecclesiasticæ novem priores libros in vulgus emisit. Denique paucis post Constantinum annis obiit anno 340.

Amplissimum locum christianos inter scriptores Eusebius Pamphili seu Cæsariensis tenet, et, uno carmine excepto, omnia fere litterarum genera atque ecclesiasticas coluit disciplinas, quibus maximas laudes promeruit. Nempe res gestas gravissime optimeque scripsit: orationes leguntur inter quas paucissimæ græce supersunt; ceteræ latinum in sermonem fuerunt translatæ. De *theologia* quoque libellos, in primis in Marcellum Ancyranum libros quinque, composuit. Apologetica quædam pro Origene amico desideramus. Biblici vero complures libri manent, quorum celeberrimus περὶ τῶν τοπικῶν ὀνομάτων ἐν τῇ

θεία γραφῇ a sancto Hieronymo latine versus legitur. Epistolas tandem reliquit, e quibus una ad Cæsarienses suos de fide Nicæna maxime eminet.

Hæc mitia sunt litterarum genera quibus otiosus studebat; sed et bellicosum coluit genus, atque, ut ipsius verbis utar (1), pacifica christianorum bella cum paganis præclare gesta et in Historia Ecclesiastica et in singularibus voluminibus curiose collegit. Non ipse quidem martyrium tulit, quamvis in vinculis aliquamdiu servatus esset ; sed quæ passi sint sui, Diocletiano Galerioque imperantibus, et videre potuit, et ita narravit ut sese martyrio haud indignum præbuerit. Scilicet in Historia Ecclesiastica scribere instituit ὅσα τε αὖ καὶ ὁποῖα καὶ καθ' οὓς τε χρόνους πρὸς τῶν ἐθνῶν ὁ θεῖος πεπολέμηται λόγος, καὶ πηλίκοι κατὰ καιροὺς τοὺς δι' αἵματος καὶ βασάνων ὑπὲρ αὐτοῦ διεξῆλθον ἀγῶνας, τά τ' ἐπὶ τούτοις καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς μαρτύρια (2). Ejus animi rebus narratis gravissime commoti pietas in martyres ardet : ὁ δέ γε τοῦ κατὰ θεὸν πολιτεύματος διηγηματικὸς ἡμῖν λόγος τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς τῆς κατὰ ψυχὴν εἰρήνης εἰρηνικωτάτους πολέμους καὶ τοὺς ἐν τούτοις ὑπὲρ ἀληθείας μᾶλλον ἢ πατρίδος καὶ μᾶλλον ὑπὲρ εὐσεβείας ἢ τῶν φιλτάτων ἀνδρισαμένους αἰωνίαις ἀναγράψεται στήλαις, τῶν εὐσεβείας ἀθλητῶν τὰς ἐνστάσεις καὶ τὰς πολυτλήτους ἀνδρείας τρόπαιά τε τὰ κατὰ δαιμόνων καὶ νίκας τὰς κατὰ τῶν ἀοράτων ἀντιπάλων καὶ τοὺς ἐπὶ πᾶσι τούτοις στεφάνους εἰς αἰώνιον μνήμην ἀνακηρύττων (3). Suum postremo mentis habitum ita declarat : τό γε μὴν ἁπάντων παραδοξότατον ὅτι μὴ φωναῖς αὐτὸ μόνον καὶ ῥημάτων ψόφοις αὐτὸν (τὸν Χριστὸν) γεραίρομεν, οἱ καθωσιωμένοι αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ πάσῃ διαθέσει ψυχῆς, ὡς καὶ αὐτῆς προτιμᾶν τῆς ἑαυτῶν ζωῆς τὴν εἰς αὐτὸν μαρτυρίαν (4).

II. Non ergo mirum est et Eusebium, qui in Historia Ecclesiastica tot martyres recenset eorumque in passionibus hæret, libellos qui *martyrologici* dicuntur studiosius edidisse, et scriptores, qui postea martyrum indices confecerunt, ejus nomine sese commendavisse ejusque præsidio se defendisse. Eo tandem res venit ut Eusebius is habitus fuerit qui integra cunctorum orbis romani martyrum acta collegerit; quibus usus S. Hieronymus *martyrologium*, quod *Hiero-*

(1) H. E. lib. V. proœmium.

(2) H. E. I, 1.

(3) H. E. lib. V, proœmium.

(4) H. E. I. 3. — Fessler-Jungmann, *Instit. patrolog.* 1. p. 375, not. 1 : « In eadem persecutione (Diocletiani) ipse quoque Eusebius captus et in carcerem missus redemptæ per oblatum idolis sacrificium libertatis incurrit suspicionem (S. Athan. Apol. c. Arian. n. 8 ; S. Epiph. hæres. 68. n. 7), non satis quidem merito, utpote qui tam graviter lapsus non potuisset ad episcopalem dignitatem assurgere. » Quæ diximus suspicionem tollunt; qua enim fronte lapsus ipse martyres Eusebius tantis laudibus cumulasset et se martyris animum gerentem scriptis exhibuisset ?

nymianum vocant, composuisse fertur. Cui martyrologio præfixæ sunt adulterinæ litteræ ubi finguntur Chromatius et Heliodorus episcopi ad S. Hieronymum scripsisse : « Cum religiosissimus Augustus Theodosius Mediolani urbem esset ingressus universosque Italiæ episcopos ad se invitasset....., contigit et nostram parvitatem in eodem adesse concilio;... Factumque est ut omnes statueremus ad tuam scribere charitatem ut famosissimos feriales de archivo S. Eusebii Cæsaræ Palæstinæ episcopi inquirens ad nos dirigas festa, etc. » Rescripsisse fingitur S. Hieronymus : « Constat Dominum nostrum Jesum Christum omni die martyrum suorum triumphos excipere, quorum passiones a sancto Eusebio Cæsariensi episcopo scriptas reperimus. » Tum S. Hieronymus, quo Eusebius modo martyrum acta comparaverit explanaturus, eum asserit a Constantino imperatore petivisse « ut quidquid in republica Romana gestum sit erga sanctos Dei judices judicibus succedentes in universo orbe Romano sollicita perscrutatione, monumenta publica discutiendo, perquirerent : qui martyrum, a quo judice, in qua provincia vel civitate, qua die, quave perseverantia passionis suæ obtinuerint palmam, et de ipsis archivis sublata ipsi Eusebio regio jussu dirigerent. Unde factum est ut idoneus relator exsistens et Ecclesiasticam Historiam retexeret et omnium pene martyrum provinciarum omnium Romanarum tropæa diligens historiographus declararet (1). »

Quæ quidem, quamvis omnia ficta sint neque ab Hieronymo neque ab Eusebio quicquam ejus martyrologii scriptum fuerit, demonstrant quantum Eusebiani de martyribus libelli posterorum animos movissent, et memoriæ, etsi jam deperditi vel parum vulgati erant, tamen adhuc inhærerent. (2)

III. Tres sunt ejusmodi libelli, quorum in primo quædam laudatur decem Ægyptiorum passio ; secundus inscribitur τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγή ; tertius autem inscriptus fuisse videtur περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων.

Passionem decem martyrum Ægyptiorum Bollandd. referentes his verbis annotaverunt : « Sanctorum agon graviter eleganterque descriptus græce verosimiliter ab Eusebio in opere *De Martyribus* ; hæc

(1) Migne. Patrol. lat. XXX, 435 seq.

(2) Plura si quæras, vid. : Assemani et Majelli, *Acta sanctorum Orientalium et Occidentalium*, II, 33-46. — Bollandd., Acta Sanctorum, Tom. I. Januar., XLV seq. — L. Duchesne, *Mélanges de l'école française de Rome*, 1885 : *Les sources du martyrologe hiéronymien.* — Smith, *Dictionary of christian antiquities, Eusebius of Cæsarea.* — Martigny, *Dictionnaire d'antiquités chrétiennes*, sub. verb. *martyrologes.* — Heinichen, Eusebii Pamphili H. E. lib. V, prooemium, not. 4a.

autem operis talis pars a nobis inventa fuit in codice Vaticano græco sub num. 655 et hoc titulo : Μαρτύριον τῶν ἁγίων δέκα μαρτύρων, Μαρκιανοῦ καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ. (1) » Utrum sit Eusebii hoc opus, minime certum ; etiamsi esset, tamen pars quædam libelli περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων profecto non esset. Nam oratio ad fideles esse videtur e primis verbis : Καλός, ὦ ἀγαπητοί, καὶ ὁ χορὸς ἐν Αἰγύπτῳ μαρτυρήσας κτλ., et ex ultimis : ἡμεῖς δὲ οἱ χριστιανοὶ δόξαν ἀναπέμψωμεν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. Ceterum martyribus natione Ægyptis, et in Ægypto, præfecti hujus provinciæ jussu, vexatis ac fame sitique consumptis, nullum jus erat societatis cum Palæstinæ martyribus. Sanctorum igitur agon Ægyptiorum ab libello περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων abjudicandus est, et, si Eusebio concedi posset, inter sacros ejus sermones esset restituendus.

IV. E secundi operis titulo : ἡ τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγή manavit illa quam antea diximus sententia, scilicet ab Eusebio universum orbis Romani martyrologium conditum fuisse ; eaque commoti viri, non quidem indocti, in illud inquisiverunt ; inter quos Eulogius episcopus Alexandrinus, ad quem Gregorius papa hæc rescripsit : « Ego, cui sanctissima vestra Beatitudo scribere studuit ut cunctorum martyrum gesta, quæ piæ memoriæ Constantini temporibus ab Eusebio Cæsariensi collecta sunt, transmittere debeam...., hæc neque si collecta sint, neque si sint, ante vestræ Beatitudinis scripta cognovi...Præter illa enim quæ in ejusdem Eusebii libris de gestis sanctorum martyrum continentur, nullo in archivo hujus nostræ ecclesiæ vel in Romanæ urbis bibliothecis esse cognovi nisi pauca quædam in unius codicis volumine collecta (2). » Inde eo tempore neque Eusebianum neque Hieronymianum exstabat martyrologium ; immo jam perierat nostra συναγωγή ; quod volumen ita grande erat ut verbis *pauca quædam* indicari non posset.

Totum quidem periit opus, quod luget Bollandus : « Id opus an usquam exstet divinare non possum ; præclare de Ecclesia mereretur qui tantum assecutus publicaret thesaurum (3). » Tam penitus tamque diu deperditum est ut scriptores ecclesiastici id nunquam commemoraverint, saltem utpote reliquum vel a se cognitum.

Sed evenit ut ipse in Historia Ecclesiastica Eusebius non semel pauca nos de opere monuerit ; quibus locis ante oculos propositis perpensisque haud difficile cognosceretur cujusmodi esset ἡ τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγή.

(1) Acta SS. Tom. I Jun., p. 420. — Migne, Patrol. gr. XX, 1533 seqq.

(2) Migne, Patrol. lat. LXXVII, Epist. lib. VIII, 29 ; Jaffé, *Regesta*, etc., 15-17.

(3) Acta SS. Tom. I, Januar., p. XVI.

Primus est locus ubi de Pionio martyre : πληρέστατα τῆς περὶ αὐτοῦ γραφῆς περιεχούσης, τοὺς οἷς φίλον ἐπὶ ταύτην ἀναπέμψομεν τοῖς τῶν ἀρχαίων συναχθεῖσιν ἡμῖν μαρτυρίοις ἐντεταγμένην. Ἑξῆς δὲ καὶ ἄλλων ἐν Περγάμῳ πόλει τῆς Ἀσίας ὑπομνήματα μεμαρτυρηκότων φέρεται, Κάρπου καὶ Παπύλου καὶ γυναικὸς Ἀγαθονίκης, μετὰ πλείστας καὶ διαπρεπεῖς ὁμολογίας ἐπιδόξως τετελειωμένων (1). Hinc tamen non omnino apparet acta Carpi, Papuli et Agathonicæ, quæ tempore Eusebii circumferebantur, in ejus collectione (συναγωγή) inserta fuisse.

Secundus, ubi de martyribus Lugdunensibus : τῆς μὲν οὖν περὶ τούτων ἐντελεστάτης ὑφηγήσεως τὸ πᾶν σύγγραμμα τῇ τῶν μαρτυρίων ἡμῖν κατατέτακται συναγωγῇ, οὐχ ἱστορικὴν αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ διδασκαλικὴν περιέχον διήγησιν. Ὁπόσα γέ τοι τῆς παρούσης ἔχοιτο πραγματείας, ταῦτ' ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀναλεξάμενος παραθήσομαι (2).

Tertius, ubi de iisdem : Τί δεῖ καταλέγειν τὸν ἐν τῇ δηλωθείσῃ γραφῇ τῶν μαρτύρων κατάλογον.... τόν τε ἀριθμὸν τῶν εἰσέτι τότε περιόντων ὁμολογητῶν ; Ὅτῳ γὰρ φίλον, καὶ ταῦτα ῥᾴδιον πληρέστατα διαγνῶναι μετὰ χεῖρας ἀναλαβόντι τὸ σύγγραμμα ὃ καὶ αὐτὸ τῇ τῶν μαρτυρίων συναγωγῇ πρὸς ἡμῶν, ὡς γοῦν ἔφην, κατείλεκται (3).

Quartus tandem, ubi de Apollonio senatore Romano et martyre : τούτου μὲν οὖν τὰς ἐπὶ τοῦ δικαστοῦ φωνὰς, καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἃς πρὸς πεῦσιν πεποίηται τοῦ Περεννίου, πᾶσάν τε τὴν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀπολογίαν, ὅτῳ διαγνῶναι φίλον, ἐκ τῆς τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναχθείσης ἡμῖν ἀναγραφῆς εἴσεται (4). Jure igitur Assemanus : « Ex recitatis Eusebianæ historiæ verbis satis constat in actis antiquorum martyrum nihil aliud sibi Eusebium sumere præter collectionis studium atque editionis, ad aliorum utilitatem; laudabile sane consilium (5). » Non quicquam e suo protulit Eusebius, sed quæ circumferebantur passiones satis ei fuit colligere, ut Pionii profecto, Apollonii, et martyrum Lugdunensium; Polycarpi quoque, verisimilimum est (6); utrum vero Carpi etiam, Papuli et Agathonicæ, vix ex ante allatis conjiciendum.

(1) H. E. IV, 15.

(2) H. E. V, prooemium. — Migne, τῇ τῶν μαρτύρων ; sed Heinichen, μαρτυρίων ; quæ lectio genuina est.

(3) H. E. V., 4.

(4) H. E. V., 21.

(5) Acta SS. Oriental. et Occident. II., *Dissertatio de Eusebiana*, etc.

(6) De Polycarpi passione subobscurus est Eusebii sermo, H. E. IV, 15 : τὰ μὲν δὴ κατὰ τὸν θαυμάσιον καὶ ἀποστολικὸν Πολύκαρπον τοιούτου κατηξίωτο τέλους, τῶν κατὰ τὴν Σμυρναίων ἐκκλησίαν ἀδελφῶν τὴν ἱστορίαν ἐν ᾗ δεδηλώκαμεν αὐτῶν ἐπιστολῇ κατατεθειμένων. Ἐν τῇ αὐτῇ δὲ περὶ αὐτοῦ γραφῇ καὶ ἄλλα μαρτύρια συνῆπτο κατὰ τὴν αὐτὴν Σμύρναν πεπραγμένα ὑπὸ τὴν περίοδον τοῦ χρόνου τῆς τοῦ Πολυκάρπου μαρτυρίας· μεθ' ὧν καὶ Μητρόδωρος τῆς κατὰ

Eusebiana quamquam collectio jamdudum interiit, non tamen omnino nunc lugenda nobis est, ut antea Bollando. Passiones enim, secundo casu evenit ut alia alio in loco et tempore a sedulis antiquarum rerum indagatoribus reperirentur; inter quas Polycarpi passio jamdiu cognita jurisque publici facta (1); epistola de Martyribus Lugdunensibus plurima ab ipso Eusebio in Historia Ecclesiastica servata (2); Pionii acta, quæ, e codice Marciano quodam jam descripta, brevi

Μαρκίονα πλάνης, πρεσβύτερος δὴ εἶναι δοκῶν, πυρὶ παραδοθεὶς ἀνήρηται. Τῶν γε μὴν τότε περιβόητος μάρτυς εἷς τις ἐγνωρίζετο Πιόνιος κτλ. Polycarpi vero actis cum Acta Pionii, ab Eusebio collecta, adjuncta essent, facile quidem conjicias et Polycarpi acta in Eusebianam passionum collectionem inserta esse. Sed et vid. Henr. Valesii notam in loc., Patrol. græc. XX.; A. Harnack, *Texte und Untersuchungen zur Geschichte der altchristichen Litteratur*, Band III, 1888, p. 435, ubi de actis Carpi, Papuli et Agathonicæ: « Da Eusebius unmittelbar vorher gesagt hat er habe das martyrium des Pionius in seine grosse Sammlung von Mærtyrer-Acten aufgenommen, in der unzweifelhaft auch die Acten des Martyriums Polycarps und der anderen smyrnensischen Mærtyrer eine Stelle Gefunden hatten, so muss man annehmen dass er die hier genannten Berichte jener Sammlung nicht einverleibt hat. Da er sie aber, wie es scheint, in Hænden gehabt hat (s. das μετὰ πλείστας καὶ διαπρεπεῖς ὁμολογίας), so darf man, sich seines Verfahrens in æhnlichen Fællen erinnernd, vielleicht weiter schliessen dass dieselben ihn zu irgend welchem Anstoss gereicht haben. »

(1) F. X. Funck, *Patrum apostolicorum opera*; Tubingæ, 1881.

(2) H. E. V, proœmium, et 1-4.

De Epistola Lugdunensium pauca monebo.

In Patrol. græc. XX, 1519 seqq., scriptum est quoddam græcum, e codice Matritensi erutum (vid. Iriarte, *Codices græci Matritenses, Matriti, 1600*, fol. 548, cod. XXXII; cf. Miller, *Manuscrits grecs de la Bibliothèque de l'Escurial*, 1848; fol. 24 et 37), quod inscribitur τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγή. Titulo ne decipiaris; compendium est martyrologicum, ex Eusebii scriptis et in primis ex Historia Ecclesiastica ab orientali quodam homine quarto vel quinto sæculo confectum.

Unum tamen notandum. Eusebius (H. E. V, 3) hunc Lugdunensium epistolæ locum ita descripsit : « ... Ἀττάλῳ, μετὰ τὸν πρῶτον ἀγῶνα ὃν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ ἤνυσεν, ἀπεκαλύφθη ὅτι μὴ καλῶς ποιοίη ὁ Ἀλκιβιάδης μὴ χρώμενος τοῖς κτίσμασι τοῦ θεοῦ καὶ ἄλλοις τύπον σκανδάλου ὑπολειπόμενος. Πεισθεὶς δὲ ὁ Ἀλκιβιάδης πάντων ἀνέδην μετελάμβανε καὶ ηὐχαρίστει τῷ θεῷ. Οὐ γὰρ ἀνεπίσκεπτοι χάριτος θεοῦ ἦσαν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν σύμβουλον αὐτοῖς. » Καὶ ταῦτα μὲν ὧδὶ ἐχέτω. — Ita vero scripsit compendii incertus auctor : Ἀττάλῳ δὲ περὶ οὗ προείπομεν ἀποκαλυφθὲν ὅτι μὴ καλῶς ποιεῖ Ἀλκιβιάδης τοῖς τοῦ θεοῦ μὴ χρώμενος κτίσμασιν· τοῦτο μαθὼν ἐξ ἐκείνου μετελάμβανε πάντων ἀνυποστόλως, εὐχαριστῶν τῷ θεῷ Τοῦτό μοι ἀρκείτω ἐνταῦθα εἰς ἀπόδειξιν τοῦ μὴ δεῖν καθάπαξ ἀποτίθεσθαί τισι τῶν βρωμάτων, ὡς βλάβην ἐμποιεῖν δυναμένοις·

tempore spe omnium non frustrata vulgabuntur; sincera Carpi, Papuli et Agathonicæ acta nuper edita (1). Una vero, sed integra, Apollonii senatoris Romani passio adhuc desideratur.

Quos vero Eusebius verbo ἀρχαίων nominari voluit? Polycarpi letum aliorumque martyrum Smyrnensium anno 155 adscribitur. Martyres Lugdunenses, Antonino Vero (scilicet Marco Aurelio) imperatore, morte affecti sunt; Commodo, Apollonius; adhuc incertum Pionii passi tempus, quod ex ipsius actis fortasse cognoscetur (2). Si vero tempus Carpi, Papuli et Agathonicæ requiras, eos Decio regnante cruciatos esse diu sententia fuit; nunc in secundum post Christum sæculum referun-

ἐπεὶ καλὰ πάντα τὰ τοῦ θεοῦ κτίσματα καὶ καλὰ λίαν καὶ οὐκ αὐτὰ τὴν βλάβην εἴωθεν ἐμποιεῖν, ἀλλ' ἡ τούτων ἄμετρος χρῆσις. Ταῦτα ἐκ τῆς αὐτοπροσώπου τῆς ἐν Λουγδούνῳ ἐκκλησίας γραφείσης ἐπιστολῆς.

Aut Eusebius Alcibiadis verba tacuit, et Lugdunensium epistola ex illo compendio supplenda est; aut simul exstiterunt et Lugdunensium martyrum acta et Lugdunensis ecclesiæ epistola; illa quidem pleniora, hæc brevior.

Sed alia mihi magis arridet sententia: Eusebium scilicet e Lugdunensium epistola verba Historiæ Ecclesiasticæ nihil profutura amputasse; a compendii vero auctore, quisquis est, non Historiam tantum Eusebii Ecclesiasticam, sed et τὴν τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγήν usurpatam esse; quippe qui de Pionio antea locutus hæc addidisset: ταῦτα ἐκ τῆς αὐτοπροσώπου τῆς Σμυρναίου ἐκκλησίας γραφείσης ἐπιστολῆς.

(1) A. Harnack, *op. cit.*, p. 454 seqq.

(2) Pionii, Carpi sociorumque acta jamdudum exstabant, sed latine. Henr. Valesius (H. E. IV, 15) hæc adnotavit: « In eo vero quod Pionium, Metrodorum, Carpum et reliquos passos esse existimat (Eusebius) principatu Marci Antonini, iisdem temporibus quibus passus est Polycarpus, nemo illum excusare unquam potest. Quippe ex actis Pionii et ex actis Carpi et Papuli constat illos regnante Decio subiisse martyrium. Causam erroris Eusebio præbuit quod acta illa Pionii et Carpi simul cum actis passionis S. Polycarpi in uno codice legebantur; ex quo suspicatus est Eusebius illos uno eodemque tempore passos fuisse. » Sed perpensis Carpi et sociorum actis genuinis, A. Harnack scripsit (*op. cit.* p. 454 et 463): « Wer diese Martyr-acte aufmerksam liest und zugleich einige Kenntniss der christlichem Litteratur, speciell der Mærtyr-acten, des 2 und 3 Iahrhunderts besitzt, kann schwerlich darüber im Zweifel sein dass das Schriftstück dem 2 und nicht dem 3 Iahrhundert angehœrt... Dass unsere Acten diejenige sind welche Eusebius in Hænden gehabt hat bedarf nun wohl keiner weiteren Beweisführung mehr. Sie stammen aus der Zeit Marc-Aurel's. » — Pionius regnante Decio passus esse traditur.

Conf.: L. Duchesne, *Mélanges de l'Ecole française de Rome : Des sources du Martyrologe hiéronymien*, 1885. — De usu verbi ἀρχαῖοι, *antiqui*, cf.: *Martyrologium hieronymianum*, in Patrol. lat. XXX, 437 seqq.; et menologium quoddam syriacum quod anglice vertit et edidit Wright, *Journal of sacred literature*, 1865, p. 424 seqq.

tur. *Antiqui* ergo ab Eusebio ii in primis significari videntur qui altero post Christum sæculo, id est uno plus minus sæculo antiquiores, vitam egerunt. Quos enim alios martyres verbo *antiqui* notare ei licebat, qui mediam tertio, mediam quarto sæculo, ætatem traduxit?

V. Quibus causis tam diligenti manu animoque tam fervido passiones antiquas Eusebius collegerit, si requisieris, certior fies ex his : τῆς μὲν οὖν περὶ τούτων ἐντελεστάτης ὑφηγήσεως τὸ πᾶν σύγγραμμα τῇ τῶν μαρτυρίων ἡμῖν κατατέτακται συναγωγῇ, οὐχ ἱστορικὴν αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ διδασκαλικὴν περιέχον διήγησιν (1). — Προσθήσομεν ἱστορίᾳ ἃ πρώτοις μὲν ἡμῖν αὐτοῖς, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς, γένοιτ' ἂν πρὸς ὠφελείας (2). Atque optatum impetravit amantissimus ille Dei martyrumque scriptor et episcopus ; quas enim passiones ab eo collectas hodie legimus, eæ nitent quasi primævæ ecclesiæ gemmæ, exquisitumque Eusebii judicium ac summam pietatem pariter commendant.

Eusebii igitur τὴν τῶν ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγήν manifestum est nihil aliud fuisse quam egregias alterius præsertim post Christum sæculi passiones unum in codicem accurate congestas, idque opus ante annum 314 fuisse confectum, scilicet ante Historiam Ecclesiasticam, ubi non semel commemoratur.

VI. Tertius est Eusebii libellus qui inscriptus fuisse videtur περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων. Mihi prius de *Antiquarum Passionum collectione* pauca dicenti id impedimento erat quod totum opus interierat. Nunc secus est ; nam negotium mihi gravissimum id facessit, quod unus est libelli textus græcus simulque duplex syriaca versio quæ græco textui non respondet, atque id etiam quod de Pamphilo sociisque duplex est textus græcus. Quibus de rebus disputabo, et pro viribus, sed toto animo, rem expedire conabor (3).

Sed, antequam opus aggrediar, quos in primis adhibuerim libros indicabo :

Eusebii Pamphili Historiæ Ecclesiasticæ libri X ; recensuit... denuo edidit F. A. Heinichen ; Lipsiæ, 1868.

Eusebii Pamphili Vita Constantini etc. ; recensuit... denuo edidit F. A. Heinichen ; Lipsiæ, 1869.

Commentarii in Eusebii Pamphili Historiam Eccl. Vitam Constant. etc... ; denuo edidit F. A. Heinichen ; Lipsiæ, 1870.

Patrologia græca, tom. XX.

(1) H. E. V. procemium.

(2) H. E. VIII, 2.

(3) In bibliothecæ publicæ Pariensis codice græco 1452 legitur Onesimi Pauli apostoli discipuli passio, Eusebio Cæsariensi injuria adscripta ; quæ latine a Surio reddita fuit in opere suo *De probatis Sanctorum vitis*. Miserum est scriptum a Simeone Metaphraste conditum.

History of the Martyrs in Palestine, by Eusebius, bishop of Cæsarea, discovered in a very antient syriac manuscript; edited and translated into english by W. Cureton; London, 1861.

S. E. Assemani : Acta sanctorum martyrum orientalium et occidentalium in duas partes distributa (2 vol.); Romæ, 1748.

Wm. Smith. : Dictionary of Christian biography, sub verb. *Eusebius of Cæsarea.* Doctissime scripsit doctissimus vir J. B. Lightfoot.

Paul Allard : La persécution de Dioclétien et le triomphe de l'Église, Paris, 1889. (Introduction).

CAPUT PRIMUM

De Eusebii Cæsariensis opusculo græce scripto :

Περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρηράντων.

I. Decem Eusebii Cæsariensis Historiæ Ecclesiasticæ libri sunt, quorum priores septem complectuntur res gestas ante Diocletianum in christianos sævientem ; ceteri vero narrant quomodo ab eodem imperatore et Galerio Ecclesia fuerit vexata, atque a Constantino omnia pacata sint. Etenim octavus liber his incipit : τὴν τῶν ἀποστόλων διαδοχὴν ἐν ὅλοις ἑπτὰ περιγράψαντες βιβλίοις, ἐν ὀγδόῳ τούτῳ συγγράμματι τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς οὐ τῆς τυχούσης ἄξια ὄντα γραφῆς ἕν τι τῶν ἀναγκαιοτάτων ἡγούμεθα δεῖν εἰς γνῶσιν καὶ τῶν μεθ' ἡμᾶς παραδοῦναι, καὶ ἄρξεταί γε ὁ λόγος ἡμῖν ἐντεῦθεν (1).

Ex proposito Eusebius, in octavo libro, qui et quot passi sint imperante Diocletiano et Galerio recenset : μόνα δὲ ἐκεῖνα τῇ καθόλου προσθήσομεν ἱστορίᾳ ἃ πρώτοις μὲν ἡμῖν αὐτοῖς, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς, γένοιτ' ἂν πρὸς ὠφελείας. Ἴωμεν οὖν ἐντεῦθεν ἤδη τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας τῶν τοῦ θείου λόγου μαρτύρων ἐν ἐπιτομῇ διαγράψοντες. Ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας κτλ. (2). Sequuntur res Nicomediæ gestæ (3) ; celebrantur martyres qui Tyri et in Ægypto passi sunt (4), qui in Thebaide, qui Alexandriæ, qui in Phrygia (5) ; deinde brevius, qui in Arabia, in Mesopotamia, Antiochiæ, in Ponto variis affecti fuere suppliciis (6) ; postremo me-

(1) Consentiunt omnes Historiam Ecclesiasticam ab Eusebio non semel editam et revisam fuisse.

(2) H. E. VIII, 2.

(3) VIII, 5, 6.

(4) VIII, 7, 8.

(5) VIII, 9, 10, 11.

(6) VIII, 12,

morantur nomina eorum ecclesiarum præsidum qui morte multati sunt (1). Hinc apparet omnino omissos fuisse martyres Palæstinos. Nimirum, postquam summatim ecclesiarum præsidum passiones retulit, his pergit Eusebius : μυρίοι τε ἐπὶ τούτοις ἄλλοι διαφανεῖς, οἳ πρὸς τῶν κατὰ χώραν καὶ τόπον παροικιῶν μνημονεύονται· ὧν ἀνὰ τὴν πᾶσαν οἰκουμένην ὑπὲρ τῆς εἰς τὸ Θεῖον εὐσεβείας ἠγωνισμένων γραφῇ παραδιδόναι τοὺς ἄθλους, ἐπ' ἀκριβές τε ἕκαστα τῶν περὶ αὐτοὺς συμβεβηκότων ἱστορεῖν οὐχ ἡμέτερον· τῶν δ' ὄψει τὰ πράγματα παρειληφότων ἴδιον ἂν γένοιτο. Οἷς γε μὴν αὐτὸς παρεγενόμην, τούτους καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς γνωρίμους δι' ἑτέρας ποιήσομαι γραφῆς (2). Re vera, sicut prænuntiatum est, nihil de Palæstinis in Historia Ecclesiastica legitur, nisi de Silvano cum aliis undequadraginta Gazæ interfecto, et de Pelæo Niloque sacerdotibus et Pamphilo cursim nominatis.

II. 1. Quid fuerit illud opus ubi solum Palæstinorum passiones descriptæ fuerunt, indicavit H. Valesius, cum illum Historiæ Ecclesiasticæ locum adnotavit : « Intelligit (Eusebius) procul dubio librum *De martyribus Palæstinæ*. Neque enim alium librum invenire quis possit in quo Eusebius martyrum agones ab se visos commemoravit quam hunc quem dixi (3). » Jure H. Valesius ; plura tamen dicenda.

Ipse sibi testis est libellus *De martyribus Palæstinæ* (4) ; cujus in exordio legitur : πρῶτος τοιγαροῦν τῶν ἐπὶ Παλαιστίνης μαρτύρων Προκόπιος, et in conclusione ταῦτα μὲν οὖν τὰ κατὰ Παλαιστίνην ἐν ὅλοις ἔτεσιν ὀκτὼ συμπερανθέντα μαρτύρια. Insuper de Romano martyre scriptum est: ἀλλ' οὗτός γε, εἰ καὶ ὑπερόριος, ὅμως Παλαιστινὸς ὤν, ἐν Παλαιστινοῖς ἄξιος ἂν εἴη μάρτυσιν ἀριθμεῖσθαι (5). Ceterum, id unum satis valet argumentum, quod toto in opusculo de nemine agitur nisi de Palæstinis, etiam peregre passis, et de exteris in Palæstina cruciatis (6).

(1) H. E. VIII, 13.
(2) H. E. VIII, 13. — Verba οἷς γε μὴν κτλ. desunt in Rufini versione.
(3) H. E. VIII, 13. Patrol. græc. XX, 775.
(4) Ponitur libellus post octavum H. E. librum, aut solus in Patrol. græc. XX, 1457 seqq.
(5) Cap. II.
(6) H. E. VIII, 6-7, scripsit Eusebius de Ægyptiis : ἐξ ἧς (Αἰγύπτου) καὶ εἰς ἑτέρας ἤδη προελθόντες πόλεις τε καὶ ἐπαρχίας διέπρεψαν τοῖς μαρτυρίοις. Ἴσμεν γοῦν τοὺς ἐξ αὐτῶν διαλάμψαντας ἐν Παλαιστίνῃ, ἴσμεν δὲ καὶ τοὺς ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης. Quorum passionibus uberius relatis addidit : καὶ τοιοῦτος μὲν ὁ ἀγὼν τῶν κατὰ Τύρον τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἄθλους ἐνδειξαμένων Αἰγυπτίων. Omnino vero

Præterea, genuinum esse Eusebii illud opus græcum satis demonstrant de Pamphilo dicta : οὗ τὰ λοιπὰ τῆς ἀρετῆς κατορθώματα, μακροτέρας ὄντα διηγήσεως, ἐπ' ἰδίας τῆς τοῦ κατ' αὐτὸν ὑποθέσεως βίου γραφῆς ἐν τρισὶν ἤδη πρότερον ὑπομνήμασι παραδεδώκαμεν (1). Memorat Eusebius libros quos de Pamphili vita, ante Historiam Ecclesiasticam, in vulgus emiserat.

Alio tandem in loco se prodit Eusebius persecutionis in Palæstina sævientis testem oculatum. De Joanne enim Ægyptio martyre, cujus mirandam valde laudat memoriam, scripsit : ἕως μὲν γὰρ φωνῆς αὐτὸ μόνον ἐπακροᾶσθαί μοι παρῆν, ἀναγινώσκειν, οἷα δὴ ἔθος ἐν ταῖς συνόδοις, τινὰ ἡγούμην..... σαφές τε πεῖσμα καὶ βέβαιον αὐτοῖς ἔργοις ἐδόκουν μοι ὁρᾶν ὅτι δὴ μόνος κατ' ἀλήθειαν κτλ. (2).

2. Ipso de libelli titulo paucissima disseram. Neque enim modo qualis fuerit titulus non satis constat, sed etiam an ullus unquam fuerit dubitari posset. Unus codex Castellanus, cujus non optima nota est ætasque nescitur, hæc profert : καὶ ταῦτα ἔν τινι ἀντιγράφῳ ἐν τῷ ὀγδόῳ εὕρομεν — Deinde : Εὐσεβίου σύγγραμμα περὶ τῶν κατ' αὐτὸν μαρτυρησάντων ἐν τῷ ὀκταέτει Διοκλητιανοῦ καὶ ἐφεξῆς Γαλερίου τοῦ Μαξιμίνου διωγμῷ. Quem titulum a librario quodam ex ipso libello confectum fuisse nemo non videt. Ocissime quidem perierat libelli initium penitusque titulus ignorabatur. Attamen mihi vero proximum videtur libellum ita fuisse inscriptum : περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων, fortasse adjunctis verbis καθ' ἡμᾶς, qui loquendi mos est Eusebianus. Cujusmodi titulum e duplici fonte haurimus. Nempe plurimis in codicibus hæc libello subjecta sunt : Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων τέλος. Inde congruenter inscribi potuit : Περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων, demptis quæ librarius addidit. Deinde versio syriaca Curetoniana, initio integra, sic inscribitur : *De Martyribus Palæstinæ, ab Eusebio Cæsariensi* (3). Nos vero in hoc opere nostro commodius libellum ita indicamus : *De martyribus Palæstinæ*.

silentur in H. E. Ægyptii in Palæstina passi, qui in opusculo *De martyribus Palæstinæ* maxime laudantur.

(1) *De martyr. Palæst.* XI.

(2) *Ibid.*, cap. XIII. — Quæ verba, e græco excerpta, in syriaca versione Curetoniana, de qua inferius, non reperiuntur.

(3) Heinichen (op. cit.) tom. I, p. XIII, § VII : *De codice Castellano* ; *de titulo libelli*, p. 406. — W. Cureton, *op. cit.*, p. 1. « *On the martyrs of Palestine*, by Eusebius of Cæsarea. »

3. Quo anno libellus ab Eusebio editus fuerit non satis compertum est ; qui tamen scribi non cœpit nisi post octavum persecutionis annum, scilicet post annum 311, itemque post res gestas quæ in octavo H. E. libro narrantur. Ceterum, magni sunt adjumenti H. E. libri ut, quantum conjectura consequi est, certum ei tempus assignemus. Nam in octavi libri capite decimo tertio, sicut superius dictum est, Eusebius pollicetur se opusculum de suis civibus qui, imperante Diocletiano et Galerio, martyrium tulerunt, conditurum. In ipso vero opusculo hæc legimus : *ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὁδοῦ πάρεργον ἡμῖν εἰρήσθω· γένοιτο δ' ἂν προσήκων καιρὸς ἐν ᾧ τῶν δυσσεβῶν, οἳ μάλιστα καθ' ἡμῶν ἐστρατεύσαντο, αὐτοῦ τε τοῦ Μαξιμίνου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτόν, τὰ τέλη καὶ τῶν βίων τὰς καταστροφὰς ὁ λόγος ἡμῖν ἐπὶ σχολῆς περιλήψεται* (1). Qui funesti exitus in H. E. libro nono uberius fuere commemorati (2). Hæc etiam leguntur : *μικρὸν δ' ὕστερον διαστάσης εἰς ἑαυτὴν τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, πόλεμος ἄσπονδος εἰς αὐτοὺς ἐπεγείρεται, οὐ πρότερόν τε τὰ τῆς διαστάσεως καὶ τῶν ἐπὶ ταύτῃ θορύβων κατάστασιν εἴληφεν ἢ τὴν καθ' ἡμᾶς εἰρήνην καθ' ὅλης πρυτανευθῆναι τῆς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν οἰκουμένης. Ἅμα τε γὰρ αὕτη τοῖς πᾶσι δίκην φωτὸς ὡς ἂν ἐκ ζοφερᾶς καὶ σκοτεινοτάτης νυκτὸς ἀνατέταλκε, καὶ αὖ πάλιν τὰ κοινὰ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας αὖθις εὐσταθῆ καὶ φίλια καὶ εἰρηναῖα ἦν, τὴν ἐκ προγόνων εἰς ἀλλήλους εὔνοιαν ἀπολαμβάνοντα. Ἀλλὰ τούτων μὲν κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν εντελέστερον ἀποδώσομεν τὸν λόγον, νυνὶ δὲ ἐπὶ τὴν τῶν ἑξῆς ἀπίωμεν ἀκολουθίαν* (3). In nono autem decimoque H. E. libro, Eusebius exponit quomodo Maxentius Maximinusque Cæsares accepta clade misere perierint, regnumque Licinio ereptum fuerit, et a Constantino imperatore christianis pax tandem restituta sit (4). Igitur libellus noster inter octavum Historiæ Ecclesiasticæ librum et nonum decimumque verisimiliter confectus est, non multo post annum 311, scilicet anno circiter 314 ; hoc enim anno cum novem priores Historiæ Ecclesiasticæ libri in vulgus abiissent, sua octavo appendix de martyribus Palæstinæ desiderabatur.

III. Nunc idoneum est ante oculos proponere quis sit libelli totius ordo et quæ in eo tractata sint. (Vid. Append. A.)

Subito in medias res ab auctore adducimur, qui, nihil de pro-

(1) *Mart. Palæst.* VII.
(2) H. E. IX, 10, 11.
(3) *Mart. Pal.* III.
(4) H. E. IX, 9, 10, 11 ; X, 1, 8, 9.

posito, nihil de rebus narrandis elocutus, ita exorditur : ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, Ξανθικὸς μὴν ὃς λέγοιτ' ἂν Ἀπρίλλιος κατὰ Ῥωμαίους. Sed capite libellum esse truncatum doctiores quidem suspicari potuissent ex illo Eusebii more, qui prooemium unicuique operi, singularibus etiam Historiæ Ecclesiasticæ libris, semper præposuit (1). Ipse utique ejusmodi prooemium libello adfuisse nos inferius docet, ubi, paucis de Ecclesiarum præsidibus et Ecclesiæ calamitatibus commemoratis, ita persequitur : ταῦτα πάντα παρήσειν μοι δοκῶ, ἀνοίκειον ἐμαυτῷ κρίνας παραιτουμένῳ τε καὶ ἀποφεύγοντι, ὡς δ' οὖν καὶ ἀρχομένῳ μοι εἴρηται, τὴν περὶ τούτων διήγησιν. Ἀλλὰ γάρ, ὅσα σεμνὰ καὶ εὔφημα κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον καὶ εἴ τις ἀρετὴ καὶ ἔπαινος, ταῦτα λέγειν τε καὶ γράφειν καὶ πισταῖς ἀκοαῖς παρέχεσθαι οἰκειότατον ἡγούμενος, τῇ τῶν θαυμαστῶν μαρτύρων ἱστορίᾳ καὶ τῇ μετὰ ταύτην οὐρανόθεν ἡμῖν ἐπιφανείσῃ εἰρήνῃ κοσμήσειν μοι δοκῶ τοῦ παντὸς λόγου τὴν περιγραφήν (2). Initio igitur Eusebius, qualis esset sibi ordo propositus, quæ deligenda et in librum includenda, quæ vero spernenda et ab oculis removenda duceret, apertissime declaraverat. Tum demum, sequebantur illa quæ prima nunc apparent verba libelli, qualem hodie adhibemus : ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον κτλ.

Inde conjici potest prooemii, integrum quamquam dilapsum est, forma, quæ mirum in modum cum octavi Historiæ Ecclesiasticæ libri capite secundo congruit, ubi, Ecclesiæ malis brevius recensitis, Eusebius ita pergit : ἀλλὰ τούτων μὲν οὐχ ἡμέτερον διαγράφειν τὰς ἐπὶ τέλει σκυθρωπὰς συμφοράς, ἐπεὶ καὶ τὰς πρόσθεν τοῦ διωγμοῦ διαστάσεις τε αὐτῶν εἰς ἀλλήλους καὶ ἀτοπίας οὐχ ἡμῖν οἰκεῖον μνήμῃ παραδιδόναι. Διὸ καὶ πλέον οὐδὲν ἱστορῆσαι περὶ αὐτῶν διέγνωμεν ἢ δι' ὧν ἂν τὴν θείαν δικαιώσαιμεν κρίσιν. Οὔκουν οὐδὲ τῶν πρὸς τοῦ διωγμοῦ πεπειραμένων ἢ τῶν εἰς ἅπαν τῆς σωτηρίας νεναυαγηκότων αὐτῇ τε γνώμῃ τοῖς τοῦ κλύδωνος ἐναπορριφέντων βυθοῖς μνήμην ποιήσασθαι προήχθημεν· μόνα δὲ ἐκεῖνα τῇ καθόλου προσθήσομεν ἱστορίᾳ ἃ πρώτοις μὲν ἡμῖν αὐτοῖς, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς, γένοιτ' ἂν πρὸς ὠφελείας. Ἴωμεν οὖν ἐντεῦθεν ἤδη τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας τῶν τοῦ θείου λόγου μαρτύρων ἐν ἐπιτομῇ διαγράφοντες. Ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, Δύστρος μήν, λέγοιτο

(1) Ex. gr. : *De vita Constantini*, I, prooemium ; *De laudibus Constantini*, prologus. H. E. I, 1 seqq. ; II, prooemium ; V, prooemium ; VII, prooemium. — Versioni syriacæ Curetonianæ præpositum est prooemium haud breve.

(2) *Mart. Pal.* XII.

ὅ,τ' ἂν οὗτος Μάρτιος κατὰ Ῥωμαίους κτλ. (1). Utriusque loci eædem sunt sententiæ, iidem sunt sensus : idem declaratur propositum : unus idemque est rerum ordo, eadem fere verba. Jam quale fuerit integrum libelli *De Martyribus Palæstinæ* prooemium satis demonstrat octavi Historiæ Ecclesiasticæ libri caput secundum (2).

IV. Postea describuntur res, sæviente persecutione, in Palæstina gestæ, quas in brevissimum ita cogam compendium, ut inferius syriacam versionem cum græco libello conferre possim.

Neque in capita, quemadmodum unusquisque Historiæ Ecclesiasticæ liber, neque certas in partes opusculum dividitur (3). Continua sunt omnia, atque a prima passione usque ad ultimam narratio non interrupta currit.

Igitur ἔτος τοῦτο ἦν ἑκκαιδέκατον τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, Ξανθικὸς μήν, ὃς λέγοιτ' ἂν Ἀπρίλλιος κατὰ Ῥωμαίους· ἐν ᾧ τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς ἐπιλαμβανούσης, ἡγεῖτο μὲν Φλαβιανὸς τοῦ τῶν Παλαιστίνων ἔθνους, ἥπλωτο δ' ἀθρόως πανταχοῦ γράμματα τὰς μὲν ἐκκλησίας εἰς ἔδαφος φέρειν, τὰς δὲ Γραφὰς ἀφανεῖς πυρὶ γενέσθαι προστάττοντα, καὶ τοὺς μὲν τιμῆς ἐπειλημμένους ἀτίμους, τοὺς δὲ ἐν οἰκετίαις, εἰ ἔτι ἐπιμένοιεν τῇ τοῦ χριστιανισμοῦ προθέσει, ἐλευθερίας στερίσκεσθαι προαγορεύοντα. Καὶ ἡ μὲν τῆς πρώτης καθ' ἡμῶν γραφῆς τοιαύτη τις ἦν δύναμις. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἑτέρων ἐπιφοιτησάντων γραμμάτων, προσετάττετο τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προέδρους πάντας πανταχῇ πρῶτον μὲν δεσμοῖς παραδίδοσθαι, εἶθ' ὕστερον πάσῃ μηχανῇ θύειν ἐξαναγκάζεσθαι.

Πρῶτος τοιγαροῦν τῶν ἐπὶ Παλαιστίνης μαρτύρων Προκόπιος.... αὐτίκα τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται..... Τοῦτο πρῶτον ἐπὶ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης ἀπετελέσθη σημεῖον. Deinde multi ante tribunal producuntur, quorum alii primo impetu concidunt, alii vero quæstionem invicti perferunt ; quidam autem mortem occumbunt, inter quos Zacchæus et Alphæus. Romanus quoque Palæstinus Antiochiæ morti addicitur. Ταῦτα μὲν ἔτει πρώτῳ τοῦτον ἀπετελέσθη τὸν τρόπον, κατὰ μόνων τῶν τῆς ἐκκλησίας προέδρων ἐπηρτημένου τοῦ διωγμοῦ (4).

(1) H. E, VIII, 2.

(2) Unde refellitur dissidens Heinichenii sententia ; vid. *Commentar. in Eusebii Pamphili*, etc. ; *De Martyribus Palæstinæ*, p. 430.

(3) Totum quidem opus in capita tredecim ab editoribus distributum fuit; cujus partitionis nulla ratio est habenda, cum ad cujusque arbitrium confecta sit, neque ullum quidem vestigium in codicibus reperire est.

(4) Cap. II.

Δευτέρου δ᾽ ἔτους διαλαβόντος καὶ δὴ σφοδρότερον ἐπιταθέντος τοῦ καθ᾽ ἡμῶν πολέμου. τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένου τηνικάδε Οὐρβανοῦ, γραμμάτων... πεφοιτηκότων ἐν οἷς καθολικῷ προστάγματι πάντας πανδημεὶ τοὺς κατὰ πόλιν θύειν τε καὶ σπένδειν τοῖς εἰδώλοις ἐκελεύετο, coronam martyrii Timotheus accipit; damnantur ad bestias Agapius et Thecla; juniores octo Timolaus, Dionysius, Romulus, Pausis, Alexander Ægyptius, alter Alexander urbe Gaza oriundus, alter Agapius alterque Dionysius capite truncantur (1). Μαξιμῖνος Καῖσαρ αὐτόθεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παρελθών, ὥσπερ τῆς ἐμφύτου θεοεχθρίας αὐτοῦ καὶ δυσσεβείας τὰ σύμβολα τοῖς πᾶσιν ἐνδεικνύμενος, γενικώτερον ἢ οἱ πρόσθεν τῷ καθ᾽ ἡμῶν ἐπαπεδύετο διωγμῷ. Tum Apphianus pelago mergitur; eumdem Ulpianus exitum consequitur; eumdem Ædesius (2).

Τετάρτῳ γε μὴν τοῦ καθ᾽ ἡμᾶς ἔτι διωγμοῦ, πρὸ δώδεκα καλανδῶν Δεκεμβρίων ἣ γένοιτ᾽ ἂν μηνὸς Δίου εἰκάδι, προσαββάτου ἡμέρᾳ, κατὰ τὴν αὐτὴν Καισάρειαν, γραφῆς ὡς ἀληθῶς ἄξιον, αὐτοῦ δὴ τοῦ τυράννου Μαξιμίνου παρόντος..... ἀπετελέσθη τοιοῦτον, mirandum scilicet Agapii, quem ad bestias damnatum esse prædixit auctor, martyrium (3).

Ἤδη δὲ καὶ εἰς πέμπτον ἔτος τοῦ διωγμοῦ παραταθέντος, μηνὸς δευτέρᾳ Ξανθικοῦ ἥτις ἐστὶ πρὸ τεσσάρων Νώννων Ἀπριλλίων, Theodosiam virginem Urbanus, Palæstinæ præses, in fluctibus mergi jubet; celebrantur martyres Silvanus ejusque socii, et Domninus Auxentiusque. Aliorum vero non paucorum, sive capite sive ad metalla damnatorum, nomina silentio premuntur (4).

Καὶ εἰς ἕκτον δὲ ἔτος πνεύσαντος ἐπιμόνως τοῦ καθ᾽ ἡμῶν χειμῶνος κτλ. Amplissimum martyrum sextus annus proventum tulit, qui exquisitas variasque pœnas experti sunt; inter quos alii ad ærifodinas mittuntur, alii necantur. Illustris Valentina virgo, quæ cum altera, cujus nomen siletur, flammis consumitur; plectitur capite Paulus quidam, confessor. Tum instigante Maximino persecutio recrudescit. Capitali supplicio addicuntur Antoninus presbyter, Zebinas Germanusque et virgo nomine Ennathas; Ares igne absumitur; Probus et Elias gladio feriuntur; Petrus, qui et Abselamus, mortem occumbit; Pamphilus comitesque omnes, numero duodecim, martyrium consummant; Ha-

(1) Cap. III.
(2) Cap. IV seq.
(3) Cap. VI.
(4) Cap. VII.

drianus gladio transfigitur. Ad ultimum, Eubulus jugulatus Cæsereæ martyrum certamina quasi sanguine signavit..... Καὶ τὰ μὲν κατὰ Καισάρειαν ἐφ' ὅλοις τοῖς τοῦ διωγμοῦ χρόνοις ἐπιτελεσθέντα μαρτύρια τοιαῦτα (1).

Quid interea Ecclesiæ præsides egerint, quot et quantis contumeliis pœnisque fuerint affecti, quanta mala tum a suis, tum ab inimicis Ecclesia tulerit, se Eusebius omissurum docet, præclarisque solummodo martyrum facinoribus censet extremam libelli partem sibi exornandam esse (2).

Porro ἕβδομον ἔτος τοῦ καθ' ἡμῶν ἀγῶνος ἡνύετο, καί πως ἠρέμα τῶν καθ' ἡμᾶς ἡσυχῇ τὸ ἀπερίεργον εἰληφότων εἰς ὄγδοόν τε διαγενομένων ἔτος κτλ. Refert Eusebius qualis esset ad metalla damnatorum vivendi mos et agendi ; quorum quatuor, Peleus, Nilus, Patermuthius quartusque nescio quis, flammis absumuntur. Memorantur martyres alii, inter quos Silvanus episcopus et Joannes Ægyptius. Tandem, viri undequadraginta pessimi nutu Maximini uno die capite truncantur (3).

Concitatam igitur in christianos tempestatem in diesque increscentem dum Eusebius retulit, martyrum passiones, suo quamque anno mensique et diei assignatam, per tempora certa ita digessit ut persecutionis historiam annalium instar composuerit.

Tum narrandi finem hæc verba faciunt totumque, qualis nunc est, libellum concludunt : ταῦτα μὲν οὖν τὰ κατὰ Παλαιστίνην ἐν ὅλοις ἔτεσιν ὀκτὼ συμπερανθέντα μαρτύρια καὶ τοιοῦτος ὁ καθ' ἡμᾶς διωγμός, ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν καθαιρέσεως, εἰς μέγα δὲ προκόψας ἐν ταῖς κατὰ χρόνους τῶν ἀρχόντων ἐπαναστάσεσιν. Orbe autem romano jam diviso, occidentales christiani otiosos, favente Deo, annos traducebant : orientales vero, bellicosos. Postremum in oriente procella sedata est. Ἀλλὰ γάρ, ὅτε καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐπισκοπὴν εὐμενῆ καὶ ἵλεω ἡ θεία χάρις ἐνεδείκνυτο, τότε δῆτα καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς ἄρχοντες, αὐτοὶ δὴ ἐκεῖνοι δι' ὧν πάλαι τὰ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐνηργεῖτο πολέμων, παραδοξοτάτῳ γνώμῃ μεταβαλλόμενοι παλινῳδίαν ᾖδον χρηστοῖς περὶ ἡμῶν προγράμμασιν καὶ ἡμέροις διατάγμασι τὴν καθ' ἡμῶν πυρκαϊὰν ἀποσβεννύντες· ἀναγραπτέα δὴ καὶ ἡ παλινῳδία. (Vid. Append. A.)

(1) Capp. VII, VIII, IX, X, XI.
(2) Cap. XII.
(3) Cap. XIII.

V. Hic pendet interruptum opus ceteraque desiderantur. Ultimis autem de Eusebii verbis ἀναγραπτέα δὴ καὶ ἡ παλινῳδία nos id monet H. Valesius : « Deest finis hujus libelli, *palinodia* scilicet imperatorum seu constitutio Galerii Maximiani de inhibenda persecutione christianorum. Sed hæc lacuna quidem facile suppleri potest ex capite ultimo libri octavi Historiæ Ecclesiasticæ (1). » Verissima quidem H. Valesius ; quare Galerii constitutio ex *Historia Ecclesiastica* desumpta ad libellum *De martyribus Palæstinæ* adjungenda est.

Ego vero rem omnino expeditam esse minime censeo. Valde enim insolitum esset Eusebium libello, recitata Galerii constitutione, tam abruptum finem imposuisse, suumque contra morem tam subito tacitum legenti vale dixisse.

VI. Itaque, ut opinor, Eusebius, relata Galerii constitutione, aliquid de suo addidit, quod nihil aliud est nisi particula illa quæ ulterius octavo Historiæ Ecclesiasticæ libro revincta est (2), ejusque libri supplementum hodie ab omnibus habetur (3). Quare operæ jam pretium est et argumenta nostra singula oculis subjicere, et pensare atque perspicere quid sit quantumque valeat illud quod vulgo octavi Historiæ Ecclesiasticæ libri supplementum existimatur,

1. Inter ultimum octavi Historiæ Ecclesiasticæ libri et libri noni caput primum, etiamsi supplementum deesset, quis id doleret? quis enim rerum sententiarumque ordini aliquid deesse diceret? Adeo improvisum apparet illud supplementum atque inexspectatum.

Etenim, recitata Galerii constitutione, octavus liber ita concluditur : Ταῦτα κατὰ τὴν Ῥωμαίων φωνὴν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν κατὰ τὸ δυνατὸν μεταβληθέντα τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Τί δὴ οὖν ἐπὶ τούτοις γίνεται ἐπιθεωρῆσαι καιρός. Tum optime consequuntur prima noni libri verba : τὰ μὲν δὴ τῆς παλινῳδίας τοῦ προτεθέντος βασιλικοῦ νεύματος ἥπλωτο τῆς Ἀσίας πάντη καὶ πανταχοῦ κατά τε τὰς ἀμφὶ ταύτην ἐπαρχίας· ὧν τοῦτον ἐπιτελεσθέντων τὸν τρόπον, Μαξιμῖνος,

(1) Patrol. græc. XX. 1518 seq.

(2) Post octavum H. E. librum reperitur.

(3) Quam sententiam confirmare videtur, sed videtur tantum, notula quædam paucis in codicibus supplemento præposita, scilicet : τὸ ὡς λεῖπον ἔν τισιν ἀντιγράφοις ἐν τῷ ὀγδόῳ λόγῳ.

ὁ ἐπ' ἀνατολῆς τύραννος, δυσσεβέστατος, εἰ καί τις ἄλλος, καὶ τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων θεὸν εὐσεβείας πολεμιώτατος γεγονώς, οὐδαμῶς τοῖς γραφεῖσιν ἀρεσθεὶς κτλ. Perperam vero cum iisdem octavi libri verbis cohæret supplementi exordium : ἀλλ' ὁ μὲν τῆς γραφῆς αἴτιος μετὰ τὴν τοιάνδε ὁμολογίαν αὐτίκα καὶ οὐκ εἰς μακρὸν τῶν ἀλγηδόνων ἀπαλλαγεὶς μεταλλάττει τὸν βίον. Τοῦτον δὴ λόγος ἔχει πρῶτον αἴτιον τῆς τοῦ διωγμοῦ καταστῆναι συμφορᾶς, ἔτι πάλαι πρὸ τῆς τῶν λοιπῶν βασιλέων κινήσεως τοὺς ἐν στρατείαις χριστιανοὺς καὶ πρώτους γε ἁπάντων τοὺς ἐπὶ τοῦ ἰδίου οἴκου παρατρέπειν ἐκβεβιασμένον, καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς στρατιωτικῆς ἀξίας ἀποκινοῦντα, τοὺς δὲ ἀτιμότατα καθυβρίζοντα, ἤδη δὲ καὶ θάνατον ἑτέροις ἐπαρτῶντα κτλ. In supplemento, non ea referuntur quæ *postea* gesta sunt (τί ἐπὶ τούτοις γίνεται), sed quæ *antea*. At, inquis, totius octavi libri supplementum est, non capitis tantum ultimi, ideoque cum hoc capite non cohærere potest : sed e dicendis perspicies rem longe aliter sese habere.

Immo, cum alienum ab octavo H. E. libro sit supplementum, libello *De martyribus Palæstinæ*, *palinodia jam completo*, aptissimum esse videtur.

Nempe inter omnes constat palinodiam seu Galerii constitutionem opusculo *De martyribus Palæstinæ* subjectam fuisse : cum ea quidem optime connectitur supplementi initium eamque continuat : ἀλλ' ὁ μὲν τῆς γραφῆς αἴτιος μετὰ τὴν τοιάνδε ὁμολογίαν αὐτίκα καὶ οὐκ εἰς μακρὸν τῶν ἀλγηδόνων ἀπαλλαγεὶς μεταλλάττει τὸν βίον. Ὁμολογία vero palinodia est.

Sequuntur hæc in supplemento : τοῦτον δὴ λόγος ἔχει πρῶτον αἴτιον τῆς τοῦ διωγμοῦ καταστῆναι συμφορᾶς, ἔτι πάλαι πρὸ τῆς τῶν λοιπῶν βασιλέων κινήσεως τοὺς ἐν στρατείαις χριστιανοὺς καὶ πρώτους γε ἁπάντων τοὺς ἐπὶ τοῦ ἰδίου οἴκου παρατρέπειν ἐκβεβιασμένον, καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς στρατιωτικῆς ἀξίας ἀποκινοῦντα, τοὺς δὲ ἀτιμότατα καθυβρίζοντα, ἤδη δὲ καὶ θάνατον ἑτέροις ἐπαρτῶντα, καὶ τούσχατόν γε τοὺς τῆς βασιλείας κοινωνοὺς ἐπὶ τὸν κατὰ πάντων ἀνακεκινηκότα διωγμόν· ὧν καὶ αὐτῶν οὐκ ἄξιον τὸ τοῦ βίου τέλος παραδοῦναι σιωπῇ. Quæ res omnes cum in capitibus octavi H. E. libri quarto quinto sextoque jam multo copiosius narratæ essent, quid proderat in supplemento eadem brevius iterare ? Contra, maxime in libellum *De Martyribus* conveniunt, ubi nihil antea de Galerio, nihil ejus de moribus, nihil de actis dictum erat ; ideoque haud alienum erat ostendere quantum iste, tot et tantis facinoribus patratis, divina manu tactus, in melius immutatus esset.

Pergitur : ὧν καὶ αὐτῶν οὐκ ἄξιον τὸ τοῦ βίου τέλος παραδοῦναι σιωπῇ. Τεττάρων οὖν τὴν κατὰ πάντων διειληχότων ἀρχήν, οἱ μὲν χρόνῳ καὶ τιμῇ προηγούμενοι οὐδ᾽ ὅλοις δυοῖν ἔτεσιν ἐπιγενόμενοι τῷ διωγμῷ μεθίστανται τῆς βασιλείας, ᾗ καὶ πρόσθεν ἡμῖν δεδήλωται, καὶ δὴ τὸν ἐπίλοιπον τοῦ βίου χρόνον δημώδει καὶ ἰδιωτικῷ τρόπῳ διαγενόμενοι, τέλος τοιόνδε τῆς ζωῆς εἰλήχασιν· ὁ μὲν τιμῇ τε καὶ χρόνῳ τῶν πρωτείων ἠξιωμένος μακρᾷ καὶ ἐπιλυποτάτῃ τῇ τοῦ σώματος ἀσθενείᾳ διεργασθείς· ὁ δὲ τὰ δεύτερα αὐτοῦ φέρων, ἀγχόνῃ τὴν ζωὴν ἀπορρήξας, κατά τινα δαιμονίαν προσημείωσιν τοῦτο παθὼν διὰ πλείστας αὐτῷ τετολμημένας ῥᾳδιουργίας. Τῶν δὲ μετὰ τούτους ὁ μὲν ὕστατος, ὃν καὶ ἀρχηγὸν τοῦ παντὸς ἔφαμεν γεγονέναι διωγμοῦ, τοιαῦτα οἷα καὶ προδεδηλώκαμεν πέπονθεν (1)· ὁ δὲ τοῦτον προάγων χρηστότατος καὶ ἠπιώτατος βασιλεὺς Κωνστάντιος ἐπαξίως τῆς ἡγεμονίας τὸν ἅπαντα τῆς ἀρχῆς διατελέσας χρόνον. Ἀλλὰ καὶ τἄλλα τοῖς πᾶσι δεξιώτατον καὶ εὐεργετικώτατον παρασχὼν ἑαυτόν, ἀτὰρ καὶ τοῦ καθ᾽ ἡμῶν πολέμου ἔξω γενόμενος καὶ τοὺς ὑπ᾽ αὐτὸν θεοσεβεῖς ἀβλαβεῖς καὶ ἀνεπηρεάστους διαφυλάξας καὶ μήτε τοὺς οἴκους τῶν ἐκκλησιῶν καθελὼν μηθ᾽ ἕτερόν τι μηδ᾽ ὅλως καθ᾽ ἡμῶν ἐπικαινουργήσας, τέλος εὔδαιμον καὶ τρισμακάριον ὄντως κατείληφε τοῦ βίου, μόνος ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας εὐμενῶς καὶ ἐπιδόξως..... τελευτήσας. Equidem fateor : consentaneum erat Historiæ Ecclesiasticæ commemorare quos exitus principes illi habuerint, minime vero ea in supplemento repetere quæ jam in octavo libro fuerant dicta (2) ; sed multo magis consentaneum erat libello *De Martyribus*.

Etenim ad universum Ecclesiæ rerum ordinem, de quo agitur in Historia Ecclesiastica, haud multum referebat exitus Diocletiani narrare et Maximiani, qui longo jam tempore paludamentum posuerant, vel Galerii morbum, vel Constantii mortem beatissimam. Longe secus in Eusebii opere *De Martyribus Palæstinæ*, cujus aliud est propositum, ubique ab Eusebio memoratur Urbanus, Palæstinæ præses, capitali supplicio affectus esse, et Firmilianus, qui eodem munere post Urbanum functus erat, capite truncatus, postquam uterque christianos atrociter vexaverat. Tum maxime res ipsa postulabat eam de imperatorum exitu nar-

(1) *Qualia indicavimus passus est*, scilicet : *mortuus est ;* memorat enim Eusebius prima supplementi verba : καταλλάττει τὸν βίον. Male vertit Henr. Valesius : « *ejusmodi dolores pertulit quos supra commemoravi.* »

(2) H. E. VIII, 13, 14, 16, 17.

rationem qua perspici posset, sicut præsides qui mandata exsecuti erant, ita et Augustos, qui dederant, pares Numini pœnas persolvisse. Ceterum, antequam Galerii palinodiam Eusebius referret, scripserat : διαιρεῖται μὲν γὰρ ἐπὶ τῷ καθ' ἡμᾶς διωγμῷ διχῇ τὰ τῆς βασιλείας· εἰρήνης δ' ἀπολαύουσιν οἱ ἐν θατέρῳ μέρει τῷ προδεδηλωμένῳ κατοικοῦντες ἀδελφοί, τῶν ἀνὰ τὴν ἄλλην οἰκουμένην μυρίους ἐπὶ μυρίοις ἀγῶνας ὑπομεινάντων (1). Ideo demonstrandum erat imperatorum unumquemque, prout in christianos clementia aut sævitia usus erat, misere aut pulchre interiisse ; quod, mea quidem sententia, satis ab Eusebio declaratum esse apparet ex iis quæ de supplemento attulimus.

Id unum tandem monendum de his supplementi verbis ante allatis : τεττάρων οὖν τὴν κατὰ πάντων διειληχότων ἀρχήν, οἱ μὲν χρόνῳ καὶ τιμῇ προηγούμενοι, οὐδ' ὅλοις δυοῖν ἔτεσιν ἐπιγενόμενοι τῷ διωγμῷ, μεθίστανται τῆς βασιλείας, ᾗ καὶ πρόσθεν ἡμῖν δεδήλωται. At ubi πρόσθεν? Nam legitur in capite octavi H. E. libri decimo tertio : νόσου γὰρ οὐκ αἰσίας τῷ πρωτοστάτῃ τῶν εἰρημένων ἐπισκηψάσης ὑφ' ἧς δὴ καὶ τὰ τῆς διανοίας εἰς ἔκστασιν αὐτῷ παρήγετο, σὺν τῷ μετ' αὐτὸν δευτερείοις τετιμημένῳ τὸν δημώδη καὶ ἰδιωτικὸν ἀπολαμβάνει βίον. Sed et similia in opusculo *De Martyribus* : ἐν τούτῳ μεταβολή τις τῶν κρατούντων, αὐτοῦ δὴ τοῦ πάντων ἀνωτάτω καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν δευτέρου, ἐπὶ τὸ ἰδιωτικὸν σχῆμα γίνεται, νοσεῖν τε αὐτοῖς ἄρχεται τὰ κοινά (2). Igitur non illum H. E. sed hunc opusculi *De Martyribus* locum Eusebius his memoravit : ᾗ καὶ πρόσθεν ἡμῖν δεδήλωται.

Te nunc rogo ut quæ de Constantio Constantinoque filio in octavi H. E. libri capite decimo tertio et in supplemento scripsit Eusebius inter se conferas ; quod ut commodius fieret, utrumque textum juxta posui.

Ex Historia Ecclesiastica.

Βασιλεὺς Κωνστάντιος... χρηστότατος καὶ ἠπιώτατος βασιλέων, ὃς δὴ καὶ μόνος τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπαξίως τῆς ἡγεμονίας τὸν πάντα τῆς

E supplemento.

Ὁ δὲ τούτου προάγων χρηστότατος καὶ ἠπιώτατος βασιλεὺς Κωνστάντιος, ἐπαξίως τῆς ἡγεμονίας τὸν ἅπαντα τῆς ἀρχῆς διατελέσας

(1) *De mart. Pal.* sub fin.
(2) *De mart. Pal.* cap. III.

ἀρχῆς διατελέσας χρόνον καὶ τἄλλα τοῖς πᾶσι δεξιώτατον καὶ εὐεργετικώτατον παρασχὼν ἑαυτόν, τοῦ δὲ καθ᾽ ἡμῶν πολέμου μηδαμῶς ἐπικοινωνήσας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπ᾽ αὐτὸν θεοσεβεῖς ἀβλαβεῖς καὶ ἀνεπηρεάστους φυλάξας καὶ μήτε τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς οἴκους καθελὼν μηθ᾽ ἕτερόν τι καθ᾽ ἡμῶν καινουργήσας, τέλος εὔδαιμον καὶ τρισμακάριον ἀπείληφε τοῦ βίου, μόνος ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας εὐμενῶς καὶ ἐπιδόξως, ἐπὶ διαδόχῳ γνησίῳ παιδὶ πάντα σωφρονεστάτῳ τε καὶ εὐσεβεστάτῳ, τελευτήσας. Τούτου παῖς Κωνσταντῖνος, εὐθὺς ἀρχόμενος, βασιλεὺς τελεώτατος καὶ σεβαστὸς πρὸς τῶν στρατοπέδων καὶ ἔτι πολὺ τούτων πρότερον πρὸς αὐτοῦ τοῦ παμβασιλέως θεοῦ ἀναγορευθείς, ζηλωτὴν ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας κατεστήσατο.

χρόνον, ἀλλὰ καὶ τἄλλα τοῖς πᾶσι δεξιώτατον καὶ εὐεργετικώτατον παρασχὼν ἑαυτόν, ἀτὰρ καὶ τοῦ καθ᾽ ἡμῶν πολέμου ἔξω γενόμενος καὶ τοὺς ὑπ᾽ αὐτὸν θεοσεβεῖς ἀβλαβεῖς καὶ ἀνεπηρεάστους διαφυλάξας καὶ μήτε τοὺς οἴκους τῶν ἐκκλησιῶν καθελὼν μηθ᾽ ἕτερόν τι μηδ᾽ ὅλως καθ᾽ ἡμῶν ἐπικαινουργήσας, τέλος εὔδαιμον καὶ τρισμακάριον ὄντως κατείληφε τοῦ βίου, μόνος ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας εὐμενῶς καὶ ἐπιδόξως, ἐπὶ διαδόχῳ τῆς βασιλείας γνησίῳ παιδὶ τὰ πάντα σωφρονεστάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ, τελευτήσας· ὃς εὐθὺς ἀρχόμενος, βασιλεὺς τελεώτατος καὶ σεβαστὸς πρὸς τῶν στρατοπέδων ἀναγορευθείς, ζηλωτὴν ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας κατεστήσατο.

Hinc perspicuum est non easdem modo res, sed etiam eadem verba plurima iterari. Redintegrari eadem diversis in operibus mihi placet; sed eadem in eodem ejusdem Historiæ Ecclesiastiæ libro, adeoque breve post intervallum, valde absurdum mihi videtur. Quod unum, ut opinor, jam satis est ut integrum supplementum ab Historia Ecclesiastica abjudicetur. Immo vero ad libellum *De martyribus* aptissima illa sunt, unde id explanetur quod ante Galerii constitutionem recitandam dictum fuit : εἰρήνης δ᾽ ἀπολαύουσιν οἱ ἐν θατέρῳ μέρει τῷ προδεδηλωμένῳ κατοικοῦντες ἀδελφοί.

Hic tandem imponitur supplemento finis : τοιαύτη τῶν προαναγεγραμμένων τεσσάρων ἡ τοῦ βίου ἔκβασις κατὰ παρηλλαγμένους χρόνους γεγενημένη. Τούτων δὴ μόνος ἔτι λιπὼν ὁ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν εἰρημένος, σὺν τοῖς μετὰ ταῦτα εἰς τὴν ἀρχὴν εἰσποιηθεῖσι, τὴν προδεδηλωμένην ἐξομολόγησιν διὰ τοῦ προεκτεθέντος ἐγγράφου λόγου

τοῖς πᾶσι φανερὰν κατεστήσατο. Quæ cum indicent Galerium unum e quatuor prædictis imperatoribus palinodiam confecisse, pravissime post octavum H. E. librum collocantur; cujus in capitibus decimo sexto et septimo uberius jam Eusebius narravit principes quidem palinodiam cecinisse, unum vero Galerium, morbo jam laborantem, constitutionem de inhibenda persecutione edidisse. Optime, contra, eisdem verbis concluditur hic libellus noster *De Martyribus Palæstinæ*. Nam antequam palinodiam seu Galerii constitutionem Eusebius referret, hæc (quæ de capite octavi H. E. libri decimo sexto fere ad verbum desumpta sunt) scripserat : ἀλλὰ γάρ, ὅτε καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐπισκοπὴν εὐμενῆ καὶ ἵλεω ἡ θεία χάρις ἐνεδείκνυτο, τότε δῆτα καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς ἄρχοντες, αὐτοὶ δὴ ἐκεῖνοι δι' ὧν πάλαι τὰ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐνηργεῖτο πολέμων, παραδοξοτάτῳ γνώμῃ μεταβαλλόμενοι παλινῳδίαν ᾖδον, χρηστοῖς περὶ ἡμῶν προγράμμασιν καὶ ἡμέροις διατάγμασι τὴν καθ' ἡμῶν πυρκαϊὰν ἀποσβεννύντες· ἀναγραπτέα δὴ καὶ ἡ παλινῳδία. Cunctos sane existimares principes, a quibus in Christianos persecutio concitata erat suppliciaque parata, cunctos edictum sanxisse ne in posterum Ecclesia vexaretur. Itaque, ne errori locus fieret, Eusebio placuit docere rem longe secus esse, unumque Galerium ejusmodi edictum promulgasse.

2. Illa vero argumenta quæ ex ipso supplemento sumpta jam fuse amplificavimus, magnum etiam pondus e codicum testimoniis mutuantur.

Etenim hæc supplemento præposita sunt : τὸ ὡς λεῖπον ἔν τισιν ἀντιγράφοις ἐν τῷ ὀγδόῳ λόγῳ. Verbo autem λεῖπον significatur *reliquum*, *reliquiæ* ; nec tamen cujus operis reliquiæ sint indicatur. Octavo sane H. E. libro adjectum est quod supplementum dicitur ; sed librarii sensisse videntur græcam illam particulam operis cujusdam incerti reliquias esse, neque ad librum octavum revera pertinere, ipsi cum proxime scripserint : τέλος τοῦ η' λόγου τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας.

Deinde reperitur tantum ἔν τισιν ἀντιγράφοις, non in omnibus. Inde Heinichen : « Ita inscripta hæc appendix exstat in A B C D F^{ab} H K N R^{ab2} (1), » scilicet in codicibus undecim. Ergo id abesse puto ab ceteris C^{a} E^{ab} G J L M M O P Q R R^{c}, scilicet a codicibus duodecim (2).

(1) Heinichen, *op. cit.* I, p. 404.

(2) Parum perspicio utrum Heinichenius codices indicare voluerit omnes ubi

Auctoritasne codicum perpendenda est? « Ex hoc codicum Eusebii historiæ recensu apparet optimos et præstantissimos tres esse codices *Mazarinæum*, *Vaticanum n.* 399, *Dresdensem*, ad quos dignitate proxime accedit *Venetus n.* 338 (1). » Reperitur supplementum in codice *Mazarinæo* et *Dresdensi*, sed neque in *Vaticano* neque in *Veneto*. — Ætasne etiam codicum, quibus saltem ætas aliquatenus assignari potest, spectanda? Legitur supplementum in codice *Mazarinæo* et *Vaticano* n. 973, decimi sæculi; in codice *Florentino* pl. XXX, n. 20, undecimi sæculi. Sed abest a codice *Veneto* n. 338 et *Florentino* pl. XXX, n. 7, decimi sæculi; a codice *Parisiensi* n. 1431 et *Moscoviensi*, undecimi sæculi. — Ceteros codices quorum alii supplementum præbent, alii non, mea sponte prætermitto (2).

Neque adest in Rufini Aquileiensis latina Historiæ Ecclesiasticæ versione, « omnibus codicibus quos nos habemus antiquiore (3); » unde jure inferas supplementum ab eo codice abfuisse quem Rufinus latine reddidit.

Quod si revera octavo Historiæ Ecclesiasticæ libro particula illa inhæsisset cum illoque esset connexa, non adeo codices inter

exstat appendix, an eos tantum ubi titulus appendicis exstat. Constat tamen appendicis titulum perraro deesse (ut in codice parisiensi 1436); ceterum, mihi satis est appendicem illam in codicibus non paucis minime reperiri.

(1) Heinichen, *op. cit.* : De codicibus Eusebii Historiæ, § XXV.

(2) Cf. Heinichen, *op. cit.* p. I. seqq. et p. XXIX. — Nec perspicua neque integra docet Heinichenius de codicibus in Bibliotheca publica Parisiensi conservatis; quos omnes postquam revisi, totius rei conspectum dabo.

Novem sunt Eusebii Historiæ Ecclesiasticæ codices, quorum sex tantum Heinichenius memoravit. Codex n. 414 nihil nisi primum H. E. librum complectitur ideoque prætermittendus est. Adest supplementum in codicibus : n. 1430, sæculi decimi (Heinichenii *codex Mazarinæus*); n. 1437, sæculi XIII (Heinichenii *codex Regius*); n. 1436, sæculi XV; n. 1435 sæculi XVI (Heinichenii *codex Fuketianus*); n. 1434, ejusdem ætatis (Heinichenii *codex Medicæus*) — Sed deest in codicibus : n. 1431, sæculi XI (Heinichenii *codex Bibliothecæ regiæ Parisiensis*); n. 1432, sæculi XII; n. 1433, sæculi XIV.

Quis vero fuerit Heinichenii (loc. cit. § X) « *codex Bibliothecæ regiæ Parisiensis n.* 1437, » penitus ignoro, præsertim cum paulo ante (§ 1) *codicem quemdam Regium n.* 1437 jam indicaverit.

Duo codices eodem numero notatos in Bibliotheca publica Parisiensi minime reperi.

(3) Cf. Heinichen, *op. cit.* p. XVII, § XXVI; etiamque *Autores Historiæ Ecclesiasticæ, Eusebii Pamphili Cæsariensis, etc., Rufino interprete*, p. 200.

se dissentirent (1) : quorum tam grave discrimen testatur temere particulam post octavum H. E. librum collocatam esse, forsitan a quibusdam scribis, qui eam, aut arbitrio suo aut causa nescio qua, ex opusculo *De Martyribus Palæstinæ* ereptam in Historiam Ecclesiasticam transtulerunt, postquam Galerii palinodia seu de inhibenda persecutione constitutio ex eodem opusculo integra cecidit. (Cf. p. 28.)

VII. Sed in reliquam de libello nostro disputationem ingrediamur.

Sunt qui senserint libellum nihil esse nisi octavi H. E. libri appendicem, quem editores recentiores, Dindorfius, Heinichenius, etc., octavum inter et nonum H. E. librum reposuere. Quorum sententiam non sequimur; sed in contrarium disserere, et libellum nostrum separatum esse solumque reponendum plurimis indicibus haud aspernandis demonstrare, nobis in animo est.

Nempe in libello multa reperiuntur, ut supra dictum est (pp. 21-23), ad verbum fere ex octavo H. E. libro desumpta; cujus libri si nihil aliud esset quam appendix, Eusebius quidem non eadem redintegravisset, sed legentem ad ipsum librum commodius remississet. Insuper, Eusebius in octavo libro scripsit : Ἴωμεν οὖν ἐντεῦθεν ἤδη τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας τῶν τοῦ θείου λόγου μαρτύρων ἐν ἐπιτομῇ διαγράψοντες (2). Libelli vero *De Martyribus* non brevior (ἐν ἐπιτομῇ), sed copiosior, oratio est, fusiusque res narrantur quam ut Historiam Ecclesiasticam propositumque Eusebii deceat.

Neque enim tam exiguus est libellus noster ut cuivis Historiæ Ecclesiasticæ libro appendix esse videatur. Apud Heinichenium, octavus H. E. liber paginas unam et triginta, triginta tres libellus obtinet; ideoque, mea quidem sententia, tanta appendix librum minus comitaretur quam obrueret, nimioque impedimento Historiam ipsam Ecclesiasticam oneraret.

Postea, libro H. E. unicuique tabula præit verissima et absolutissima, ab ipso auctore confecta, ubi silentur omnino et parti-

(1) In Schola Majorum Studiorum Sorbonensi docuit doctissimus vir L. Duchesne supplementum in cunctis inesse codicibus qui opusculum *De Martyribus Palæstinæ* complectebantur. Illud igitur inter et hoc aliquid societatis et vinculi superest.

(2) H. E. VIII, 2.

cula illa de qua ante disputavimus et libellus *De Martyribus*, qui utpote grandis et gravissimus prætermitti non debuit.

Præterea, ex iis quæ de libelli forma rebusque exposuimus, perspicitur libellum vere integrum esse opus ac singulare. Cujusmodi opus inter H. E. libros ab Eusebio insertum esse inauditum esset, eo magis quod mire abscindit nonum ac decimum libros, qui, quoniam octavi libri verbis extremis prima noni omnino respondent (ut monuimus, p. 18), inter se arctissime connectuntur.

Postremo spectanda codicum testimonia sunt. Hæc libello præponuntur : καὶ ταῦτα ἔν τινι ἀντιγράφῳ ἐν τῷ ὀγδόῳ τόμῳ εὕρομεν. Fatetur librarius libellum nec cunctis in codicibus neque in eo quem ipse describebat codice reperiri, seque eum libellum ab alio codice fuisse mutuatum.

Etenim neque in omnibus codicibus neque in uno eodemque loco libellus *De martyribus* invenitur. Scripsit Heinichenius : « Exstat hic liber de *Martyr. Palæst.* in A B C D¹ (1) Fª K, et in eo loco cui eum assignarunt Steph. et Val. ; in Fᵇ post medium cap. 13, lib. IX (2), in G H, extremo lib. X. Deest in Eª O et apud Ruf. (3). » Sed id etiam monemus, libellum *De martyribus* separatum occurrere in duobus codicibus *Matritensibus* (4). Cum et codices inter se tam dissimiles sint testemque cunctis

(1) Errore scriptum est D_a ; lege D, scilicet cod. Fuket.

(2) Errore scriptum est lib. IX ; lege lib. VIII, ubi copiosius res explanata est : « οἷς γε μήν etc. De codice Fᵇ Burt. ad. h. loc. notavit : Post hunc locum mirum in modum discrepat a ceteris libris (passim hand dubie interpolatus). Post γένοιτο ita continuo prosequitur, οἷς γε μὴν διὰ τῆς δὲ παραστήσομαι τῆς γραφῆς ἄνωθεν ἀπὸ τῆς καταρχῆς τοῦ διωγμοῦ τὴν ὑφήγησιν ἀναλαβών. Deinde, cæteris intermissis, transit ad Historiam de Martyr. Pal. ἔτος τοῦτο ἦν κτλ. ; qua finita librum nonum inchoat ; sed ante initium istius libri omnia quæ in hoc octavo prætermiserat ibi collocat, etc. » Vid. Heinich. *op. cit.*, p. 394, not. 11ª. — Hinc cognoscitur quomodo librarii libello *De Martyribus* in H. E. collocando locum quemlibet anxii perquisiverint.

(3) Heinich., *op. cit.*, p. 406. — Pauca tangam de codicibus Parisiensibus. Adest libellus in codicibus : 1430, sæculi X ; 1437, sæculi XIII ; 1434 et 1435, sæculi XVI. Sed abest ab codicibus : 1431, sæculi XI ; 1432, sæculi XIII ; 1433 sæculi XIV ; 1436, sæculi XV. — Heinichenii codex Eª, codex est Parisiensis 1431 ; ejusdem codex O, Venetus est codex n. 338, decimi sæculi.

(4) De quibus cf. Miller : *Manuscrits grecs de la bibliothèque de l'Escurial*, p. 24, n. 37 ; et p. 368, n. 568. Cf. etiam Iriarte, *Codices græci Matritenses* p. 547, XXXII, p. 139.

quos habemus codicibus antiquiorem se præbeat Rufinus, et præsertim cum alius aliis in codicibus locus libello assignetur, constat ab Eusebio libellum in Historia Ecclesiastica numquam fuisse insertum ; a librariis tamen quibusdam Historiam Ecclesiasticam cum eo completam fuisse, quorum alii alio in loco opusculum collocavere. Rapuit illos in errorem quod res, de quibus et in octavo H. E. libro et in libello *De Martyribus* agebatur, ejusdem modi et temporis erant ; ideoque libellus plerumque cum octavo libro conjunctus est.

VIII. Gravissime igitur perturbata est tum octavi H. E. libri, tum libelli *De Martyribus Palæstinæ* extrema pars. Hujus enim de parte ultima et Galerii *palinodia* et græca illa particula, quæ palinodiam subsequebatur, decidere. Illius vero parti ultimæ et libellus *De Martyribus* et particula græca, de qua ante, adjuncta sunt casu nescio quo. Quamvis non certo cognoscere liceat cur adeo incompositæ res utrubique appareant, quædam tamen conjicienda sunt, quæ, ut opinor, longissime a vero non absunt. (Vid. App. A.)

Jam paulo ante (p. 13) diximus libellum *De Martyribus Palæstinæ* post octavum H. E. librum, ante nonum et decimum, conditum fuisse ; nonus vero paulo, decimus multo post, ut e rebus gestis in utroque relatis nemo non videt (p. 13, 3), confecti fuere. Suspicari licet in publicum prius exiisse Historiam Ecclesiasticam octo tantum priores libros complectentem, simulque in eodem codice, sed separatum, libellum *De martyribus* cum Historia Ecclesiastica collocatum fuisse ; ulterius autem compositis ceteris H. E. libris, editam fuisse Historiam Ecclesiasticam integram, decem scilicet libris constantem ; sed sublatum esse *De Martyribus* libellum, qui librorum inter se cohærentium connexum rerumque ordinem interrupisset. Hinc facillime librarius quidam, qui decem H. E. libros describebat, libellum *De Martyribus* ab alio volumine octo priores H. E. libros libellumque complectente mutuari potuit, unde suum exemplar expleret.

Aut magisne tibi placet vel novem vel decem Historiæ Ecclesiasticæ libros, remoto quidem *De Martyribus* libello, in vulgus simul omnes esse prolatos ? Tum ita conjiciendum est : librarii quidam multa octavo H. E. libro cum libello *De Martyribus* communia esse perspexerunt, ab ipsoque Eusebio in eodem octavo

libro libellum fuisse promissum recordati sunt ; quare hunc illi sponte subjunxere, ut liber H. E. octavus integer absolutusque videretur, nihilque amplius de persecutione desiderari posset.

Utramcumque sententiam elegeris, nihilo minus fateberis libellum nostrum *De Martyribus* octavum inter et nonum H. E. libros omnino inconsulte esse interpolatum.

Octavo autem H. E. libro postquam libellus noster subjectus fuit, in oculos librariorum recentiorum incurrit Galerii palinodiam seu constitutionem eodem in libro repetitam esse, scilicet et in octavo libro et in proximo libello *De Martyribus*. Inde nescio an librarii eamdem constitutionem in eodem, ut putabant, libro bis scribendam levius curaverint, et facillime libelli palinodia, utpote iterata et supervacua, de codice deciderit.

Sed, detracta de libello palinodia, quid loci erat græcæ illi particulæ palinodiam subsequenti, quæ tanta nobis disserendi materia fuit? Quæ cum libello nostro non amplius adnecti posset, nihil aliud relinquebatur de quo penderet. Librarii vero eam ad Galerii constitutionem aliqua saltem ex parte pertinere satis perspiciebant ex ejus primis verbis : ἀλλ' ὁ μὲν τῆς γραφῆς αἴτιος μετὰ τὴν τοιάνδε ὁμολογίαν αὐτίκα κτλ. Quibus optimum sane visum est particulam istam, adeo incommodam et insolitam, postremo octavi H. E. libri capiti adjunctam servari, itaque rem totam sese habere expeditam.

Valeant saltem, quæ conjecimus, quantum tibi placuerit. Omnino tamen probabilem rerum omnium tenorem habebis, si et libello *De Martyribus Palæstinæ* palinodiam et palinodiæ græcam illam particulam restitueris, tumque integrum opusculum, extra Historiam Ecclesiasticam tanto onere allevatam, solum seposueris.

CAPUT SECUNDUM

De Eusebii opusculo syriace verso :

Περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων

I. Diutissime docti pro explorato habuerunt Eusebiano se frui libello *De Martyribus Palæstinæ* græce scripto. Prior Assemanus martyrum Palæstinorum acta quædam syriaca; posterior Curetonius integrum libellum eumque Eusebianum, in codice syriaco inventum, juris publici fecere. Acta autem illa hicque libellus longe ab iis quæ græce legebantur discrepabant. Inde eruditorum animi anxii fuere et solliciti, utrum esset vere Eusebianum, græcumne an syriace versum opus, et quid sibi vellet uterque actorum textus alteri dissimilis. Sed antequam rem aggrediamur disputandam et pro viribus explanandam, pauca de utroque textu syriaco exponenda sunt, primum de actis ab Assemano editis, tum de libello syriace verso Curetoniano.

De actis ab Assemano editis (1).

II. Ipsum audi Assemanum de martyrio S. Procopii hæc admonentem :

« Ex actis sanctorum Martyrum Palæstinorum, quorum historiam concisam jejunamque exhibet nobis græcus Eusebii Cæsariensis episcopi liber *De Martyribus Palæstinæ* inscriptus, quæque tamdiu eruditi viri desideraverunt, ex vetustissimo co-

(1) S. E. Assemanus : *Acta SS. Martyrum orientalium et occidentalium* : 2 vol. fol., Romæ, 1748. — Acta nostra in vol. II, p. 166 seqq., reperiuntur. — Acta gallice vertit *F. Lagrange*, hodie Episcopus Ecclesiæ Carnutensis : *Les Actes des Martyrs d'Orient*, Paris, 1852.

dice chaldaïco Nitriensi Vaticano I integra heic decem nunc primum in lucem prodeunt; acta nimirum SS. Procopii, Alphæi, Zacchæi, Romani, Timothei, Appiani, Hedesii, Agapii, Theodosiæ virginis et Petri Abselami. Ea autem, quoniam et laudato *De Martyribus Palæstinæ* libro adprime consentiunt et Eusebii venam ingeniumque undequaque spirant, germanum ipsius Eusebii fœtum esse nemo inficiari potest: id præsertim luculentissime confirmantibus his quæ singulis actis præfiguntur verbis: *anno persecutionis quæ diebus nostris excitata est*, etc. Diocletianeæ etenim persequutionis in qua Martyres de quibus agimus passi sunt tempore, Eusebium utpote Cæsariensis Ecclesiæ tum presbyterum in ea quidem urbe Palæstina præcipua perpetuo fere permansisse et continuis hortationibus populares suos ad martyrium instruxisse eorumque passionis historiam conscripisse liquet ex ejus Vita quam sub ipsius Historiam Ecclesiasticam edidit Henricus Valesius, vir sacræ antiquitatis studio et summa eruditione clarissimus.

« Porro Græcanis S. Procopii Martyrum Palæstinorum in Diocletianeæ persequutione cæsorum antesignani historiam, quæ in laudato *De Martyribus Palæstinæ* libro habetur, ab alia fusiori atque explicatiori fuisse contractam atque truncatam certum exploratumque est; nam quæ ad patriam vitæque institutum pertinent omittere nunquam consuevit Eusebius. Hanc vero ex perantiquo codice monasterii Musciacensis omnium primus vulgavit laudatus Valesius, in notis ad caput I libri Eusebii *De Martyribus Palæstinæ*, quem ad octavum ejus Historiæ Ecclesiasticæ librum adjecit; eademque, ad tres codd. mss., primum scilicet Bibliothecæ S. Germani, alterum Corbeiensis monasterii, tertium vero Bibliothecæ Colbertinæ conlatam, in suam Sincerorum Actorum collectionem retulit Theodorus Ruinartus. Cui quum, paucis exceptis quæ a græco latinove interprete interpolata fuerunt quæque in adnotationibus huic martyrio subnectendis perstringemus, adamussim respondeat Chaldaïcus noster Codex eumdemque omnino ordinem præferat, de illius quidem ingenuitate atque authoritate dubitare non licet. Imo vero, quum sanctus Procopius sacrorum librorum e græco in syriacum sermonem in Ecclesia Scythopolitana interpres dicatur, plane inde colligitur syriacum seu Chaldaïcum idioma Palæstinis tum vernaculum fuisse; atque adeo ejusdem

Procopii, quemadmodum et aliorum martyrum in Palæstina coronatorum, acta syriace seu chaldaïce ab Eusebio primum fuisse enarrata eademque hæc ipsa esse quæ præ manibus habemus omnino tenendum est. Neque enim verisimile est, quum in usum popularium suorum et in ovium sibi concreditarum solatium scribebat, historiam iis litteris consignasse quas non omnes callerent » (1). Idem iterum Assemanus, ubi de martyrio SS. Alphæi Zacchæi et Romani (2) : iterumque, ubi de Romani passione :

« Mirari profecto subit omissum esse ab Eusebio in libro (græco) *De Martyribus Palæstinæ* ingens hoc miraculum, hominis scilicet post linguæ præcisionem adhuc loquentis : quod scriptores ferme omnes qui S. Romani meminerunt eleganter exaggerant. Id tamen, non Eusebii, sed librariorum græcorum culpa factum esse omnino tenendum est, a quibus et multa alia notatu quidem dignissima eo in libro prætermissa sunt ; quæ Eusebius in Chaldaïcis seu syriacis hisce actis scribit, ut legenti planum est » (3).

Assemanus igitur existimavit genuinum Eusebii opusculum *De Martyribus Palæstinæ* syriace compositum fuisse, cujus summarium esset græcus noster libellus. Quæ quamquam inferius fuse pertractare nobis in animo est, pauca tamen hic dicenda sunt.

III. Codex ille quo Assemanus usus est nihil amplius complectebatur quam capita decem ex integro et genuino Eusebii libello excerpta ; quæ causa est cur ordo capitum ab ordine Curetoniani textus paulum differat. Hic enim ordo apud *Assemanum* : Procopius, Alphæus, Zacchæus, Romanus, Timotheus, Apianus, ejus frater Hedesius, Agapius, Theodosia, Petrus Abselamus. Ille vero apud *Curetonium* : Procopius, Zacchæus, Alphæus, Romanus, Timotheus, Agapius, duo Alexandri, duo Dionysii, Timotheus alter, Romulus, Paesis seu Pausis, Epiphanius vel Apphianus (Apianus Assemani), Alosis seu Hedesius, Agapius alter, Theodosia, Domninus, Paulus, Valentina et Hatha, Antoninus, Zebinas, Germanus et Mannathus, Ares Primus et

(1) Assem. *op. cit.* II, p. 166.
(2) Assem. *op. cit.* II, p. 172.
(3) Assem. *op. cit.* II, p. 182, n. 10.

Elias, Petrus qui et Absalom (Petrus Abselamus Assemani); postea reliqui, de quibus nihil apud Assemanum. Quare acta ab Assemano edita non partem integri operis quamdam continuam nobis exhibent, sed alia aliis ex operis Eusebiani locis ad arbitrium selecta atque exscripta (1).

Præterea, Assemani et Curetonii acta oculis tantum si perlustraveris, statim percipies eumdem passioni unicuique rerum sententiarumque ordinem esse, leviter tamen orationem esse immutatam. Ita enim apud Assemanum de Timotheo : « Quoniam ergo totius vitæ suæ cursu ad cineres usque Deum unice dilexit, factum inde est ut singularibus ipsum præmiis Deus cumulaverit, fluxamque hanc et caducam ejusdem vitam immortali apud se gloria cumulaverit » (2). Apud Curetonium : « Atque ibi tamquam aurum purum probatus est lento camini igne, quo perfectam et sinceram erga Deum pietatem ostendit, coronamque triumphalem, iis qui justitiam strenue sunt assecuti debitam, promeruit. Qui Deum cum diligeret, justam studii mercedem accepit, id est prætantissimam illam vitam quam in Dei omnium rerum domini conspectu desiderabat » (3). De Apiano seu Apphiano Assemanus : « At in tanta truculentissimi tyranni sanitie, in communi christianorum trepidatione, quis vero jam pro dignitate aut cogitare aut eloqui poterit quanta roborari debuerit divini amoris virtute beati Apiani animus? Qui quum ætate esset adhuc imbecillus — neque enim vicesimum adtigerat annum — et generis nobilitate plane singulari, non solum aut ab illecebris sæculi continuit sese aut absterreri numquam potuit a tyranni crudelitate ; sed ipsum se vitamque suam pro vindicanda christiani nominis gloria inhiantibus veluti tyranni faucibus discerpendam atque devorandam objecit » (4). Hæc tantum in Curetoniano textu : « Quæ verba nunc describere possunt, ut decet, divinam martyris Epiphanii caritatem, qui nondum viginti annos natus erat? Clarissimo quodam erat oriundus Syro genere, quod plurimis terrestribus divitiis pollebat. Parentibus curæ fuerat eum in urbem Berytum instituendum mittere, ubi

(1) Cum Assem. cf. Cureton, *op. cit.* pp. 1-35.
(2) Assem. *op. cit.*, II, p. 185.
(3) Curet, *op. cit.* p. 10.
(4) Assem. *op. cit.* II, p. 189.

plurimam scientiam adeptus erat. Quod vero minime ad rem spectat quam suscipio narrandam. Si tamen aliquid de casto sanctissimi illius animi vivendi more memorare decet, jure mirandum est quo modo in ejusmodi urbe juniorum societatem devitare assuesceret et virtutes seniorum ac mores imitaretur, castissimo vivendi agendique instituto ornatus, etc. » (1). Quare animadvertendum est syriacum Assemani textum a Curetonii sæpe leviter discrepare, et Assemanum non semel liberius suum vertisse ; quod me viri syriacæ linguæ peritissimi benignissime monuerunt.

Denique, pauca occurrunt, plerumque levia, quæ modo apud illum modo apud hunc desiderantur, præsertim apud Assemanum. Jam recordare Apphianum Beryti institutum in actis Assemanianis sileri ; siletur etiam dies quo Alphæus et Zacchæus passi fuere, de quo apud Curetonium : « Sed dies quo martyrium tulerunt septima erat mensis Teshri alterius, quo die martyrium eorum de quibus antea diximus consummatum fuit. » (2).

Contra, apud Assemanum et Curetonium omnino idem cujusque passionis titulus : apud illum : « *Martyrium S. Procopii anno I persequutionis quæ diebus nostris excitata est* » (3); apud hunc : « *Martyrium Procopii, primo anno persecutionis quæ diebus nostris exorta est* » (4). Etc.

Et hæc de Assemanianis actis satis superque sunt ; pergamus ad Curetonianum libellum.

De opusculo syriaco Curetoniano.

IV. Non multis abhinc annis Curetonius, natione Anglicus, vir eruditissimus, syriacum Eusebii opusculum *De Martyribus Palæstinæ* in vulgus emisit (5).

(1) Curet. op. cit. p. 12 seq.
(2) Curet. op. cit. p. 6.
(3) Assem. op. cit. II. p. 167.
(4) Curet. op. cit. p. 3. « *The confession of Procopius, in the first year of the persecution in our days.* »
(5) Inscribitur opusculum : *History of the martyrs in Palestine, etc.* ; *London, 1861.*
Annis 1868-1870, Heinichenius, vir sane doctissimus, Eusebii Historiam Ec-

Suo ipse libro cum egregia præposuerit, quæ ad rem pertinent operæ pretium est hic referre :

« Postquam tot elapsa fuerant sæcula, hoc tandem Eusebii opus e mirando illo collectionis Nitriensis volumine erutum fuit... Sed mihi nunc nihil monendum est nisi codicem illum anno quadringentesimo undecimo descriptum fuisse.

« Quæ opera in eo reperta sunt cuncta jam edita fuere periculoque pereundi liberata... Quorum tertium erat Eusebii opusculum *De theophania*, quod in publico proposuit Dr. Lee, vita nuper defunctus. Postrema autem erat hæc ipsa historia martyrum Palæstinorum ab eodem Eusebio condita. » (1).

Græcum illud opusculum, de quo antea diximus, inter Historiæ Ecclesiasticæ libros insertum iisque temere commixtum « omnes ferme existimaverunt compendium esse alterius operis genuini, quod ampliore foma quondam exstiterat. Antiqua enim Procopii actorum versio latina ; acta etiam Pamphili et sociorum a Simeone Metaphraste edita multoque copiosiora quam Acta in Eusebiano græco textu reperta; insuper res quædam de Martyribus Palæstinæ græcis in Menæis et Menologiis commemoratæ, satis quidem indicare videbantur librum quemdam fuisse uberiorem et longiorem, cujus summa tantum in Historia Ecclesiastica græce legitur.

« Rem ita sese habere plane demonstravit hæc a nobis inventa versio Eusebiani operis *De Martyribus Palæstinæ*, vernaculo provinciæ, ubi res erant patratæ, sermone condita, et circiter septuaginta tantum annos post auctorem mortuum absoluta (2).

« Neque dubitat S. E. Assemanus asserere historiam Martyrum Palæstinorum syriace conscriptam fuisse, cum Eusebius

clesiasticam commentariis instructam denuo edidit. Quem fugisse valde miror et Acta quæ longe ante Assemanus ediderat, et recentius Curetonii opusculum syriacum. Quo de libello ne unum quidem verbum tetigit, neque in notis ad textum adjectis neque in Commentariis. Quare, de Procopio quædam cum adnotaret, recudere tantum ei licitum est H. Valesii notam : « multa hic omissa sunt in græco Eusebii textu quæ ex actis illis latinis suppleri oportet, etc. » Cf. Heinichen, op. cit., *Commentarii in Eusebii Pamphili historiam.* . p. 410.

(1) Curet. op. cit. p. 1.

(2) « Eusebius mortuus est A. D. 339 vel 340 (Fabricius, Bibliotheca græca lib. v. c. 4, p. 31). atque hic codex exscriptus fuit A. D. 411. »

Cæsariensis episcopus syriace optime sciret isque sermo provinciæ ejus et diœcesis vernaculus esset... Ego vero fateor me in Assemani sententiam non cedere ; quem ad refellendum hæc satis valebunt etc. (1).

« Quamdiu genuinus ille græcus textus lectus fuerit, haud certo sciendum. Nescio an adhuc exstaret cum Simeon Metaphrastes ætatem duceret, id est decimo sæculo ; quippe qui multa ex illo hauserit, quæ in græco nostro libello non reperiuntur, integramque ediderit amplissimam illam partem ubi de Pamphilo et sociis narratum est. Præterea, sine ulla disputatione, genuino illo textu usi sunt qui Menæa et Menologia confecerunt. Quibus omnibus in operibus cum multa fuissent commemorata græcumque nostrum compendium, quod ipso ab Eusebio factum esse opinor, in Historia Ecclesiastica repositum esset, tum abjectus est longior et genuinus ille textus noster, qui integer ad extremum deperiit.

. . . .

« Non in animo habemus disputare quo tempore libellus et Historia Ecclesiastica scripta fuerit. Neque dicam de eo, quod *Liber de martyribus Palæstinæ* vocatur, compendio, multis in codicibus reperto ; neque de ipsa Historia Ecclesiastica ab auctore ipso non semel revisa et refecta. Quæ res litterarum et historiæ curiosissimum quemque allicient, hujusque operis auxilio multo planius explicari jam possunt quam umquam hactenus. Aliis vero hæc relinquo tractanda...

« Satis erit pauca commonere.

« Utique Eusebianum opusculum *De Martyribus Palæstinæ* commentaria sunt quibus res, prout evenere, fuere mandatæ ; ulterius vero revisa et ordine disposita edita sunt, postquam, elapsis aliquot annis, ea facta erant quæ fore auctor persecutionis principio præviderat, actaque multa utpote vetera e memoria hominum deciderant, cum jam oculati testes vita defuncti essent.

« Pro comperto habeo syriacum hunc libellum, ubi Pamphili et sociorum passionem Eusebius retulit, antea compositum esse quam integram clarissimi illius martyris historiam scriberet, in compendio (græco) commemoratam ; ad illam enim martyris

(1) Cf. p. 92.

historiam auctor in hoc genuino libello (syriaco) *De Martyribus Palæstinæ* legentem numquam remisit. Ideoque, mea quidem sententia, is conditus est ante Historiam Ecclesiasticam ubi *Pamphili Vitam* ut confectam laudat.

« Neque apparet martyrum Palæstinorum historiam in Historia Ecclesiastica tum insertam fuisse cum primum hæc in vulgus exiit. Cujusmodi exemplar in Rufini manus venisse videtur qui illorum historiam minime retulit...

« Revera, planum est ex ipsius auctoris verbis compendium (græcum) ab ipso Eusebio confectum esse, eaque mente ut in Historiam Ecclesiasticam posterius edendam insereretur. Tum rebus non paucis compendium facile supplevit, quas vel timore vel ignorantia in opusculo prius edito prætermiserat. Liberius etiam de hominibus dicere potuit, cum, mutatis rebus Constantinoque imperante, metu omnino vacaret » (1).

V. Hæc in summa placita sunt Curetonii : « Genuinum scilicet Eusebii libellum *De Martyribus Palæstinæ* græce scriptum fuisse, cujus syriaca tantum versio nunc legitur ; eumdem et ante *Pamphili Vitam* et ante *Historiam Ecclesiasticam* conditum fuisse ; græcum vero textum qui superest, illius esse tantum compendium, ab ipso Eusebio factum, quod Historiæ Ecclesiasticæ adderetur.

Mihi tamen rogo liceat in sententiam Curetonii non transire, cum censet græcum textum nihil aliud esse nisi Historiæ Ecclesiasticæ partem, ab Eusebio posterius additam ; nimirum in priore capite nostro satis superque explicavimus græcum libellum vere integrum et singulare opusculum esse, quod Historiæ Ecclesiasticæ minime congruit temereque fuit adnexum. Ceterum, aliis Curetonii sententiis faveo, de aliis ab eo dissentio ; alias emendare velim ; quæ omnia singula et ex ordine sunt persequenda.

VI. Eusebius noster, episcopus Cæsariensis, ut illius opusculi *De Martyribus Palæstinæ* græce scripti certissimus est auctor, ita et ejus quod syriace tantum legitur.

Ad eam opinionem id me deducit quod transcriptus est codex ille paucis tantum annis postquam Eusebius e vita cesserat. Maximo etiam indicio est in codice syriaco conjuncta fuisse, tum

(1) Curet. op. cit. I-X.

aliorum opera certa, tum in primis ipsius Eusebii alterum opusculum. His tandem accedunt verba quibus inscribitur : « *De Martyribus Palæstinæ, ab Eusebio Cæsariensi.* »

Nova autem ex opere penitus introspecto argumenta sunt haurienda. Laudatis in proœmio Paulo et Simone aliisque martyribus, hæc sequuntur : « Neque ejusmodi (martyrii) gratia prioris tantum ævi hominibus fuit concessa, sed etiam huic ætati nostræ indulgentissime collata fuit. Quod ad certamina attinet quæ variis in aliis provinciis præclare sunt confecta, eos decet, qui tum vivebant, in sua quemque civitate quæ facta fuerint referre. Ego vero precor ut et mihi liceat illos laudare quorum martyriis adfuisse decus est meum, et iidem me sibi velint annumerare — eos dico quibus Palæstini omnes gloriantur, quippe cum in hac regione nostra hominum Salvator ipse surrexerit tamquam fons sitienti frigidus. Ideo eorum qui victoriam reportavere pugnas nunc exordior, omnium scientiæ provisurus et utilitati (1). » Is igitur, qui libellum scripsit, et tempore persecutionis in christianos sævientis et in Palæstina vitam transegit. Immo Eusebianæ sunt sententiæ, eademque fere verba atque in octavo H. E. libro : μυρίοι τε ἐπὶ τούτοις ἄλλοι διαφανεῖς οἳ πρὸς τῶν κατὰ χώραν καὶ τόπον παροικιῶν μνημονεύονται· ὧν ἀνὰ τὴν πᾶσαν οἰκουμένην ὑπὲρ τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας ἠγωνισμένων γραφῇ παραδιδόναι τοὺς ἄθλους, ἐπ' ἀκριβές τε ἕκαστα τῶν περὶ αὐτοὺς συμβεβηκότων ἱστορεῖν οὐχ ἡμέτερον, τῶν δ' ὄψει τὰ πράγματα παρειληφότων ἴδιον ἂν γένοιτο. Οἷς γε μὴν αὐτὸς παρεγενόμην, τούτους καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς γνωρίμους δι' ἑτέρας ποιήσομαι γραφῆς (2)..... ἃ πρώτοις μὲν ἡμῖν αὐτοῖς ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς γένοιτ' ἂν πρὸς ὠφελείας (3). — Hæc dein de Epiphanio seu Apphiano : « In hanc urbem nostram advenit ubi martyrii corona eum manebat, et in eadem domo qua nosmet ipsi vixit; ibi divina doctrina convaluit sacrasque scripturas ab egregio illo confessore Pamphilo edoctus est, a quo optimum etiam caste vivendi agendique institutum accepit. Ideoque martyrium Epiphanii sedulo suscepi narrandum... Sed portentum, quod postea evenit, ab iis sentio non creditum iri qui oculis non conspexerunt, ut ego ipse cons-

(1) Curet., *op. cit*, p. 3.
(2) H. E. lib. VIII, 13. — Cf. p. 14.
(3) H. E. VIII, 2.

pexi.... Cunctos vero urbis Cæsareæ incolas producam vobis attestaturos ea quæ nunc a nobis referuntur (1).» Eusebium sane verba satis produnt. Sed Eusebius maxime se designat ubi Pamphilus laudatur : « Sed solis instar, qui inter stellas lumen diei præbet, ita et inter omnes præstantissimus dominus meus Pamphilus fulgebat — neque enim decet sancti et beati Pamphili nomen commemorare, quin dominum eum vocem....; Pamphilus vero, quod nomen mihi in primis est carum..... (2). » Cetera oratio idque dicendi genus, quo Pamphili et sociorum passiones describuntur, ita vehementi caritate flagrant ut ab alio quam Eusebio *Pamphili* adhiberi non potuerint.

VII. Nunc cujusmodi sit hic libellus syriacus brevissime indicandum. His inscribitur verbis : *De martyribus Palæstinæ, ab Eusebio Cæsariensi*. Tum initium operis procemium est haud exiguum, ubi pronunciat auctor quid sibi proposuerit ; qui mox ita narrare incipit : « Primus omnium martyrum qui in Palæstina apparuerunt nomine fuit Procopius. Revera cælestis erat vir, etc. (3). »

In capita dividitur opus, quorum cuique semper præscribitur et martyris nomen, cujus celebrantur laudes, et persecutionis annus, quo inclitam mortem adeptus est. Unum vel alterum specimen ponam : « Martyrium Procopii, primo anno persecutionis in diebus nostris exortæ. — Martyrium Timothei in urbe Gaza, secundo anno persecutionis in diebus nostris exortæ. — Martyrium Silvani et sociorum, octavo anno persecutionis in diebus nostris exortæ (4). »

Tot libelli capita sunt : Procopius — Alphæus, Zacchæus et Romanus — Timotheus Gazensis — Agapius, duo Alexandri, duo Dionysii, Timotheus, Romulus et Paesis — Epiphanius (seu Apphianus) — Alosis seu Ædesius — Agapius alter — Theodosia virgo — Domninus — Paulus, Valentina et Hatha — Antoninus, Zebinas et Germanus, et Mannathus — Ares, Primus et Elias — Petrus, qui et Abselamus — Pamphilus, Vales, Seleucus, Paulus, Porphyrius, Theophilus (seu Theodulus), Julianus

(1) Curet. *op. cit.* p. 13; p. 16 seq.

(2) Curet. *op. cit.* p. 37 ; p. 39.

(3) Curet. *op. cit.* p. 3.

(4) Cureton, *op. cit.*, p. 3 : « The confession of Procopius, in the first year of the persecution in our days. » — Cf. p. 8, 47.

et Ægyptius quidam — Hadrianus et Eubulus — Paulus, Nilus, Patrimytheas (seu Patermuthius), et Elias — Silvanus et socii.

Tum brevius auctor libellum concludit, summam erga martyres pietatem præstando, quorum gloriam cecinit. Denique ea clausula operi subjicitur : « Hic desinunt capita quibus eorum, qui in Palæstina confessi sunt, victoriæ referuntur (1). »

VIII. Ego quidem sentio eum, quem syriace tantum legimus, libellum vere singulare esse opus, ab eo quem græce habemus longe diversum ac separatum ; ideoque hunc illius minime summarium esse. Quod demonstrandum jam suscipiam, præmonito lectore verbis *textus syriacus*, *versio syriaca*, *syriacus libellus*, *syriacum opusculum*, semper significari syriacam illam versionem Curetonianam ; verbis vero *textus græcus*, *græcus libellus*, *græcum opusculum*, semper eum memorari græcum *de Martyribus Palæstinæ* libellum, qui Historiæ Ecclesiasticæ adnexus inventus est, et de quo in priore capite multa disserui.

(1) Cureton, *op. cit.*, p. 48.

CAPUT TERTIUM

Quid sit Eusebii opusculum syriace redditum.

I. Integro versio syriaca ornatur prooemio, quod cum libelli græci prooemio conferre magni momenti est, ut plane appareat quid in utroque auctor sibi proposuerit, et quo libellus uterque tendat.

In græco prooemio, ut prædiximus (p. 13 seqq.), monet nos Eusebius se, prætermissis Ecclesiæ tot et tantis calamitatibus et miserabili eorum qui lapsi sunt ruina, quæcumque ad laudem Ecclesiæ gloriamque pertinent narraturum esse ; scilicet ὅσα σεμνὰ καὶ εὔφημα κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον καὶ εἴ τις ἀρετὴ καὶ ἔπαινος, ταῦτα λέγειν τε καὶ γράφειν κτλ. (cf. p. 14). Ubi vero consilium prænuntiavit, statim notato anno quo cœptum est in Christianos sæviri relatisque imperatorum edictis, rem aggreditur.

Longe aliud sese offert syriacum prooemium cujus speciem, ad verbum fere, sed brevius reddemus. (*Cf. Append. B.*).

Sanctissimi illi martyres, Jesu Christi magis quam sui suæque vitæ amantes, gloriam, decus, laudemque Patri, Filio et Spiritui sancto contulerunt. Quorum animæ nunc eumdem honorem adeptæ sunt quem Prophetæ et Apostoli. Nos vero eorum salutaribus indigentes precibus certamina celebremus, jam foris assiduo sermone ab aliis prædicata, qui familiariter eis usi fuere.

Referamus igitur gloriosa illa divini verbi testimonia, memoriamque in perpetuum mansuram scripturæ committamus, qua mirandæ martyrum virtutes nostros ante oculos assidue versentur, quorum vehementissimam Deus erga se caritatem virtute quadam in animas infusa cunctisque tormentis majore compensavit. Ideo jure de se illi dicere potuerunt quod de se Paulus : « Neque mors neque vita… neque creatura alia potuit nos sepa-

rare a charitate Dei quæ est Christo Jesu Domino nostro » (1).

Paulus vero Simonque, dux et princeps Apostolorum, martyrii laudem Romæ tulerunt; pariter apostoli ceteri, alii alio in loco ; quæ gratia, non superiorum modo temporum viris, sed etiam æqualibus nostris largissime concessa est.

Ego vero duo precor : ut mihi liceat eorum quibus Palæstini gloriantur martyrum certamina referre, iique me sibi annumerare velint. Ideoque militum qui victoriam reportaverunt præclare gesta jam exordior, scientiæ omnium et commodo provisurus (2).

Quæ narrare sic incipit : « Primus omnium qui in Palæstina apparuerunt martyrum nomine erat Procopius. Revera etc. (3). » Omnino igitur ab auctore prætermittitur et tempus exortæ persecutionis et imperatorum constitutiones quæ eam sanxerant.

Satius est aliquantum syriaci proœmii transcribere. « Referamus igitur aperta indicia gloriosaque divini verbi testimonia, memoriamque in æternum mansuram scripturæ committamus, qua etiam mirandæ martyrum virtutes nostros ante oculos assidue versentur. Vehementissime enim admiror martyrum virtutem illam omnia superantem, multiplex testimonium, perfectam mentis alacritatem, animorum magnitudinem, mentis sanitatem, patientiam sortis tolerantissimam, et verissimam pietatem : quomodo tandem animos numquam despondentes oculisque ad cælum erectis neque timuerint neque tremuerint. Quibus sua erga Deum ejusque Christum pietas efficacissimam præbebat virtutem, qua hostes superarent. Deum sane diligebant, summum omnium rerum dominatorem, et quantum poterant diligebant ; qui eorum erga se pietatem præsidio compensavit etc. (4) ».

Aliud quidem sentit et loquitur auctor in proœmio græco, aliud in syriaco. In hoc enim neque res indicat seligendas, neque ortæ tempus procellæ neque imperatorum edicta. Immo, virtutum exempla ante oculos proponendi consilio tantum studet, atque inprimis commemorat aptissima quæque ad animos movendos, ad caritatem fovendam, ad pietatem stimulandam, ad roborandam

(1) Pauli Epist. ad Rom. VIII, 38-39.
(2) Curet, op. cit. p. 1 seqq.
(3) Curet, op. cit., p. 3.
(4) Curet. op. cit., p 2.

patientiam fidemque confirmandam; unde christianæ cuique animæ auxilietur ejusque sanctimoniam refoveat.

Jam brevius sententia mea contrahenda est: scilicet Eusebium, in græco procemio, se rerum scriptorem seu *historicum* præstare; in syriaco, episcopum, qui animas accepit tuendas et curandas, id est, si de re ecclesiastica sermonem usurpare liceat ecclesiasticum, in syriaco Eusebium *pastoris animarum* partes agere.

II. Qualis in utriusque libelli procemio Eusebius, talis et in utroque opere toto semper sibi constans apparet. Nempe, in græco opusculo scriptoris historiarum munere fungitur, in syriaco *pastoris animarum* seu episcopi; inde fit ut eædem aut simillimæ res iidemque viri, de quibus in utroque opusculo agitur, diversa specie variaque forma nobis obversentur.

In capita certa distinctaque syriacus libellus distribuitur. Itaque res gestæ neque continuæ narrantur, sicut in græco; neque universæ, ab excitata persecutione usque ad sedatam, quasi vinculo connexæ inter se cohærent. Nam unumquodque caput sive unius martyris sive plurium aliquatenus sociorum passionem complectitur, quæ, si separaretur a ceteris, pro singulari et integro scripto quodam haberetur; quod idem, ut prædiximus (p. 31), in Assemaniano codice occurrebat. Idcirco suus cuique capiti titulus præponitur, martyrum scilicet nomina commemorandorum et persecutionis anni numerus sævientis. Exempla cum ante attulerim (p. 33), unum modo nunc addam : « *Martyrium Agapii, quarto anno persecutionis diebus nostris exortæ.* » Ne unus quidem titulus desideratur, omniaque capita similiter inscripta sunt, mutato solum martyris nomine annique numero.

In græco autem libello res cunctæ arctissime inter se connectuntur, ab ortis Ecclesiæ calamitatibus usque ad pacem restitutam uno tenore deductæ certaque per tempora distributæ, ita ut nulla narrationis pars ab ceteris disjungi queat, neque, ut in syriaco, sola reponi atque integra esse videri. Itaque in capita libellus græcus non dividitur.

Quod si quamdam alterutrius libelli partem cum alterius contuleris, modo plura modo pauciora non semel reperies. Etenim in græco libello, primo persecutionis anno, primus Procopius capite plectitur; multi dehinc ante judicem producuntur, quorum alii primo impetu concidunt, alii vero a quæstione invicti

recedunt : pauci etiam mortem occumbunt, inter quos brevissime laudantur Zacchæus et Alphæus, atque Romanus, natione Palæstinus, Antiochiæ morti addictus. In syriaco memorantur tantum Procopius, Zacchæus, Alphæus ac Romanus ; de ceteris, ne verbum quidem Eusebius facit.

Præterea, in syriaco libello, ab initio capitis quasi ante oculos producitur martyr ille cujus extollentur laudes et ad quem universum caput pertinebit ; sed paucissima nec sæpe addita invenies quæ non ad martyrem commemorandum sensusve legentis movendos, sed mere ad res accuratius integriusque docendas attineant. In græco, martyris laudati plerumque brevior est passio, ad quam sæpissime accedunt alia non pauca, quæ universam persecutionis historiam illustrant neque nihili ab eo ducuntur qui historici partes agit.

Argumenta jam exemplis confirmanda sunt, quæ ex utriusque libelli locis similibus desumpta singula cum singulis componam, quo commodius inter se conferantur.

E græco libello :

Ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, Ξανθικὸς μήν, ὃς λέγοιτ' ἂν Ἀπρίλλιος κατὰ Ῥωμαίους· ἐν ᾧ τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς ἐπιλαμβανούσης, ἡγεῖτο μὲν Φλαβιανὸς τοῦ τῶν Παλαιστινῶν ἔθνους, ἡπλωτο δ' ἀθρόως πανταχοῦ γράμματα τὰς μὲν ἐκκλησίας εἰς ἔδαφος φέρειν, τὰς δὲ γραφὰς ἀφανεῖς πυρὶ γενέσθαι προστάττοντα, καὶ τοὺς μὲν τιμῆς ἐπειλημμένους ἀτίμους, τοὺς δὲ ἐν οἰκετίαις, εἰ ἔτι ἐπιμένοιεν τῇ τοῦ χριστιανισμοῦ προθέσει, ἐλευθερίας στερίσκεσθαι προαγορεύοντα. Καὶ ἡ μὲν τῆς πρώτης καθ' ἡμῶν γραφῆς τοιαύτη τις ἦν δύναμις. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἑτέρων ἐπιφοιτησάντων γραμμάτων, προσετάττετο τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προέδρους πάντας πανταχῇ πρῶτον

E syriaco libello :

Nihil in syriaco.

μὲν δεσμοῖς παραδίδοσθαι, εἶθ' ὕστερον πάσῃ μηχανῇ θύειν ἀναγκάζεσθαι (1).

Πρῶτος τοιγαροῦν τῶν ἐπὶ Παλαιστίνης μαρτύρων Προκόπιος, πρὶν ἢ φυλακῆς πεῖραν λαβεῖν, εὐθὺς ἀπὸ πρώτης εἰσόδου τοῖς ἡγεμονικοῖς παραστὰς δικαστηρίοις θύειν τε τοῖς λεγομένοις προσταχθεὶς θεοῖς, ἕνα μόνον ἔφησεν εἰδέναι ᾧ καθῆκεν, ὡς αὐτὸς βούλεται, θύειν. Ὡς δὲ κἂν τοῖς βασιλεῦσι τέσσαρσι σπένδειν ἐκελεύετο, ῥῆμά τι φθεγξάμενος τῶν οὐ προσηνῶν αὐτοῖς, αὐτίκα τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, τὸ ποιητικὸν εἰπὼν ἐκεῖνο

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεύς,

Δεσίου μηνὸς ὀγδόῃ, πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν Ἰουνίων λέγοιτ' ἂν παρὰ Ῥωμαίοις, ἡμέρᾳ τετράδι σαββάτου. Τοῦτο πρῶτον ἐπὶ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης ἀπετελέσθη σημεῖον (3).

(Μετὰ δὲ τοῦτο ἐπὶ τῆς αὐτῆς πόλεως πλεῖστοι ὅσοι κτλ.., ut inferius).

Martyrium Procopii
primo anno persecutionis quæ diebus nostris exorta est (2).

Primus omnium martyrum qui in Palæstina apparuerunt nomine fuit Procopius. Revera vir erat cælestis; nam vel ante martyrium multa abstinentia vitam ducebat, atque a puero castissimis erat et purissimis moribus. Virtute etiam animi corpus tantam in servitutem redegerat ut, ante mortem, omnino jam in mortuo corpore mens incolere videretur: adeoque animam verbo divino confirmaverat ut corpus divina virtute sustentaretur. Cui cibo panis erat et potui aqua, atque utroque tantum utebatur. Interdum, altero solum quoque die cibum capiebat, et non semel tertio quoque die; continuam hebdomadam nullo cibo sæpe transegit. Sed diuque noctuque de verbo divino meditari non destitit; simulque modeste agendo vivendoque adeo consulebat, ut mansuetudinis et pietatis documento æqualibus esset. Rebus quidem divinis maxime studebat, neque parva tamen terrestrium rerum scientia pollebat. Oriundus erat ab urbe Baishan, atque in Ecclesia tribus muneribus funge-

(1) *De martyr. Palæst.* procem.
(2) Curet. *op. cit.* p. 3 seq. — Cf. Append. B.
(3) *De mart. Palæst.* Cap. I.

batur ; primum enim lector fuit ; dein græcum aramaice reddebat; postremum Mali vires ita frangebat ut dæmonibus metum incuteret.

Forte ab urbe Baishan Cæsaream aliis cum confessoribus missus fuerat; vixque in urbem erat ingressus, cum judex nomine Flavianus eum talibus verbis allocutus est : « Oportet te diis sacrificare. » Ille vero : « Unus, exclamat, unus est Deus rerum omnium auctor et creator. » Tum martyris verbis tamquam vulneratus judex alia in veram doctrinam arma adhibuit, negligensque quod prius jusserat, præcepit ut imperatoribus, numero quattuor libaret. Quod multo magis deridens sanctus Dei martyr sententiam quamdam clarissimi Græcorum poetæ recitavit : « Haud bonum plures imperare; unus sit princeps unusque imperator. » Quæ cum in imperatores contumeliosa respondisset, vir ille agendo tam vividus morti addictus est, continuoque capite truncatus, qua facilis ei ad cœlum via patuit. Quod evenit septimo die mensis Heziran, anno primo persecutionis quæ diebus nostris exorta est, primusque ille martyr Cæsareæ in urbe nostra consummatus est. (*Sequitur* : Martyrium Alphæi et Zacchæi et Romani, etc., *ut inferius.*)

Nihil in syriaco.

Μετὰ δὲ τοῦτο ἐπὶ τῆς αὐτῆς πόλεως πλεῖστοι ὅσοι τῶν ἐπιχωρίων ἐκκλησιῶν ἄρχοντες δειναῖς αἰκίαις προθύμως διαθλήσαντες,

μεγάλων ἀγώνων ἱστορίαν τοῖς ἐνορῶσιν ἐνεδείξαντο · ἄλλοι δὲ ὑπὸ δειλίας τὴν ψυχὴν προναρκήσαντες προχείρως οὕτως ἀπὸ πρώτης ἐξησθένησαν προσβολῆς · τῶν δὲ λοιπῶν ἕκαστος εἴδη διάφορα βασάνων διήλλαττον, τοτὲ μὲν μάστιξιν ἀνηρίθμοις τοτὲ δὲ στρεβλώσεσι καὶ καταξάνσεσι τῶν πλευρῶν δεσμοῖς τε ἀνυπομονήτοις, ὑφ᾽ ὧν τισι καὶ παρεθῆναι συνέβη τὰς χεῖρας. Ὅμως δ᾽ οὖν ἔφερον τὸ ἀποβὰν ἀκολουθῶς τοῖς ἀπορρήτοις κρίμασι τοῦ Θεοῦ τέλος. Ὁ μὲν γάρ, ἑτέρων κατεχόντων αὐτοῦ τὼ χεῖρε καὶ τῷ βωμῷ προσαγόντων τήν τε μιαρὰν καὶ ἐναγῆ θυσίαν κατὰ τῆς δεξίας ἐπιρριπτούντων, ὡς ἂν τεθυκὼς ἀπηλλάττετο · ὁ δὲ μηδ᾽ ὅλως ἐφαψάμενος, εἰρηκότων δ᾽ ἑτέρων ὅτι τεθύκοι, σιωπήσας ἀπήει · ἄλλος ἡμιθανὴς αἰρόμενος ὡς ἂν ἤδη νεκρὸς ἐρρίπτετο καὶ ἀνίετο γε τῶν δεσμῶν, ἐν τεθυκόσιν αὐτοῖς λελογισμένος · ὁ δὲ βοῶν καὶ μαρτυρόμενος ὅτι μὴ πείθοιτο, κατὰ στόματος παιόμενος πολυχειρίᾳ τε τῶν ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων κατασιγαζόμενος, μετὰ βίας ἐξωθεῖτο, καὶ εἰ μὴ τεθυκὼς ἦν. Οὕτως ἐκ παντὸς τὸ δοκεῖν ἠνυκέναι αὐτοῖς περὶ πολλοῦ ὑπῆρχεν (1).

Martyrium Alphæi et Zacchæi et Romani primo persecutionis anno quæ diebus nostris exorta est (2).

Ἐκ δὴ οὖν τῶν τοσούτων μόνοι τοῦ τῶν ἁγίων μαρτύρων κατηξιώθησαν στεφάνου Ἀλφειὸς καὶ

Accidit ut hoc eodem tempore imperatoris vicennalia imminerent vinctisque criminum abolitio

(1) De martyr. Pal. cap. I.
(2) Curet. op. cit. p. 4. seqq. — Cf. Append. B.

decerneretur. Hinc provinciæ præses, qui festivum diem prævenerat inque vinctos inquisiverat, alios imperatorum munere dimisit; alios vero, Dei scilicet martyres, cruciatibus affecit non secus ac si pejores fuissent quam latrones et homicidæ.

Zacchæus igitur, antea Ecclesiæ Gadarensis diaconus, adducitur tamquam e grege agnus — qualis sane natura erat, quem familiares honorandi causa prioris illius Zacchæi nomine appellabant; nam statura pusillus erat, moribusque castissimus et Domini cupidior videndi quam prior ille Zacchæus. Ante judicem productus, lætissimus Christo testimonium dedit, verbaque divina apud judicem locutus, cujuscumque generis supplicia expertus est; primum enim flagellatus est; dein nimium dilaniatus; postremum in carcerem denuo detrusus integrum diem noctemque ad quartum nervi foramen distentus transegit.

Alphæus quoque, vir maxime diligendus, supplicia et dolores pariter atque ille passus est. Cujus clarissimum erat genus in civitate Eleutheropolitana, Cæsariensique in Ecclesia lectoris et exorcistæ munere fuerat ornatus. Ante vero quam Christum confiteretur, divinum verbum prædicaverat et docuerat; fidentius cum omnibus agebat; quæ causa erat non levis cur ad confitendum produceretur. Hoc eodem tempore cum omnes jacentes nimium-

Ζακχαῖος· οἵ, μετὰ μάστιγας καὶ ξεσμοὺς δεσμά τε χαλεπὰ καὶ τὰς ἐπὶ τούτοις ἀλγηδόνας ἑτέρας τε διαφόρους ἐξετάσεις, νυχθήμερον ὑπὸ τέσσαρα τοῦ κολαστηρίου ξύλου κεντήματα τοὺς πόδας παραταθέντες, Δίου μηνὸς ἑπτακαιδεκάτῃ (αὕτη παρὰ Ῥωμαίοις ἡ πρὸ δεκαπέντε Καλανδῶν Δεκεμβρίων), μόνον ἕνα Θεὸν καὶ χριστὸν βασιλέα Ἰησοῦν ὁμολογήσαντες, ὥς τι βλάσφημον φθεγξάμενοι, ὁμοίως τῷ προτέρῳ μάρτυρι τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν.

Μνήμης δ' ἄξια τυγχάνει καὶ τὰ περὶ Ῥωμανὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας κτλ., ut inferius).

que timidos videret, quorum multi tamquam aquarum impetu rapiebantur turpemque ad Deorum cultum cogebantur, tum meditari cœpit quomodo virtute sua vim mali minueret fortibusque verbis procellæ resisteret. Sponte sua igitur in medium sævientium cœtum irruit; suam illis ignaviam exprobravit qui metu in errorem relapsi erant; quos ab idolis colendis deterruit, commemorando quæ de testimonio Salvator noster præceperat. Quæ fortis atque animosus Alphæus postquam palam audaciusque egit, a ministris captus ante judicem protinus sistitur. Tempus vero non est nobis hic referre quæ liberius dixerit, et quæ divina responsa reddiderit, Spiritu cælesti quasi afflatus. Inde in vincula conjectus est; paucis post diebus ante judicem adductus fuit, et totum corpus flagellis inclementius cæsum est; erecto tamen animo judici restitit atque errorem verbis discussit. Tum diris pectinibus latera dilaniantur, postremumque, defatigato judice et ministris, in carcerem cum alio commilitone reductus, in nervo diemque noctemque distenditur. Tribus diebus post, uterque ante tribunal productus imperatoribusque libare jussus: « Unum, exclamant, unum deum scimus, summum rerum omnium dominum. » Quibus verbis coram multitudine pronuntiatis, sanctorum martyrum conventui annumerati sunt palmamque tu-

lerunt, ut clarissimi et illustrissimi Dei milites cujus causa capite fuerant truncati. Vitæ autem exitum multo potiorem habuerunt quam totum cursum, ut cum eo versarentur cui testimonium dederant. Dies vero quo passi sunt septimus erat mensis Teshri alterius ; quo die martyrium eorum quos laudavimus consummatum fuit.

Atque eodem die Romanus in urbe Antiochia passus est. Qui, genere Palæstinus, et diaconi et exorcistæ munere fungebatur in quodam Cæsariensis vico civitatis; pariter et ipse in nervo fuit distentus; pariter, quod Cæsareæ Alphæus martyr, egit et beatus Romanus ; nam qui dæmonum in errorem metu relapsi erant, eos a sacrificando deterruit; quos et increpabat et de Deo ulturo admonebat. Audacter etiam cum multis ad idola vi adductis ingressus ante judicem Antiochiæ adstitit. Quos cum judex sacrificare jussisset atque ad sacrificandum præ metu agerentur, adeo fœdum spectaculum zelo captus ille vir non tulit. Sed eos misertus, tanquam si in caligine versati jamjam in præceps deferrentur, divinum verbum ante illorum oculos ut solis lucem admovit : « Quo rapimini ? exclamat, Itane proni estis ut in profundum ruatis ? Mentis aciem erigite, superque cælos omnes et Deum cognoscite et orbis terrarum Salvatorem. Ne abjiciatis præcepta vobis imposita, errori indulgentes;

Μνήμης δ' ἄξια τυγχάνει καὶ τὰ περὶ Ῥωμανὸν ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἀποτελεσθέντα. Παλαιστινὸς γὰρ οὗτος ὢν διάκονός τε καὶ ἐπορκιστὴς τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας, ὁμοῦ τῇ τῶν ἐκκλησιῶν καθαιρέσει γενόμενος ἐκεῖσε, πλείους ἄνδρας ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις σωρηδὸν τοῖς εἰδώλοις προσιόντας τε καὶ θύοντας ἐνιδών, ἀνύποιστον ἡγησάμενος τὴν θέαν, ζήλῳ θεοσεβείας πρόσεισι κἀκείνοις μεγάλῃ φωνῇ κεκραγὼς ἐπιπλήττει. Αὐτὸς δὲ τῆς τόλμης ἕνεκεν συλληφθείς, γενναιότατος, εἰ καί τις ἄλλος, ἀποδέδεικται μάρτυς τῆς ἀληθείας. Ἀποφηναμένου γὰρ κατ' αὐτὸν τὸν διὰ πυρὸς θάνατον τοῦ δικαστοῦ, φαιδρῷ προσώπῳ καὶ διαθέσει εὖ μάλα προθυμοτάτῃ τὴν ἀπόφασιν ἀσπαστῶς καταδεξάμενος ἀπάγεται. Εἶτα τῷ ἰκρίῳ προσδεῖται, τῆς τε ὕλης συμπεφορημένης ἐπ' αὐτῷ καὶ τῶν μελλόντων ὑφάπτειν τὴν πυρὰν τοῦ βασιλέως ἐπιπαρόντος ἐπίκρισιν ἐκδεχομένων. Ποῦ μοι τὸ πῦρ ; ἐβόα· καὶ ταῦτα λέγων ἀνάκλητος πρὸς βασιλέα γίγνεται, καινοτέρᾳ ὑποβληθησόμενος κολάσει τῆς γλώττης · ἧς ἀποκοπὴν ἀνδρειό-

τατα ὑπομείνας ἔργοις ἅπασιν ὑπέδειξεν ὅτι δὴ θεία δύναμις τοῖς ὁτιποτοῦν χαλεπὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ὑπομένουσιν ἐπελαφρίζουσα τοὺς πόνους καὶ τὴν προθυμίαν ἐπιρρωννῦσα παρίσταται. Μαθὼν γοῦν τὴν καινουργίαν τῆς κολάσεως καὶ μὴ καταπλαγεὶς ὁ γεννάδας ἀσμένως προυβάλλετο τὴν γλῶτταν, προθυμότατα εὐτρεπῆ παρέχων αὐτὴν τοῖς ἀποτέμνουσι. Μεθ' ἣν τιμωρίαν εἰς δεσμὰ βληθεὶς πλεῖστόν τε αὐτόθι πονηθεὶς χρόνον, τέλος τῆς ἀρχικῆς εἰκοσαετηρίδος ἐπιστάσης, κατὰ νομιζομένην δωρεὰν τῶν ἐν τοῖς δεσμοῖς πανταχῆ πάντων ἐλευθερίας ἀνακηρυχθείσης, μόνος ὑπὸ πέντε κεντήματα ἄμφω τὼ πόδε διαταθείς, ἐν αὐτῷ κείμενος τῷ ξύλῳ, βρόχῳ περιβληθείς, ὡς καὶ ἐπεπόθει, μαρτυρίῳ κατεκοσμήθη. Ἀλλ' οὗτός γε εἰ καὶ ὑπερόριος, ὅμως Παλαιστινὸς ὤν, ἐν Παλαιστινοῖς ἄξιος ἂν εἴη μάρτυσιν ἀριθμεῖσθαι. Ταῦτα μὲν ἔτει πρώτῳ τοῦτον ἀπετελέσθη τὸν τρόπον, κατὰ μόνων τῶν τῆς Ἐκκλησίας προέδρων ἐπηρτημένου τοῦ διωγμοῦ· (1).

(Δευτέρου δ' ἔτους διαλαβόντος καὶ δὴ σφοδρότερον ἐπιταθέντος τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου κτλ., ut inferius).

tum manifestus erit vobis impius ille dæmonum colendorum error. Justum tandem Dei judicium recordemini. » Quæ magna voce cum dixisset et fortis atque impavidus staret, jubente judice, a ministris comprehensus igni addictus est; perceperat enim malignus judex multos martyris verbis confirmari atque ab errore deterreri. Antiochiæ autem, dum Christi servus ita agebat, aderant imperatores, qui beatissimum illum virum in media urbe produxerunt.

Jam in supplicii locum advenerat; jam quæ ad ignem opus erant omnia parata, ministrique sententiam celerius exsequendam curabant, cum Diocletianus imperator, audito quod evenerat, eum jussit a palo abduci, « quia, inquit, ejus audaciam et insipientiam ignis minime decebat. » Post, clementissimus ille imperator novum pœnæ genus martyri indixit, linguam scilicet amputandam. Attamen, ablato ad loquendum instrumento, a Deo ejus sincera caritas non recessit neque mens a cogitando destituta est; ideoque protinus certaminis mercedem a Deo rerum omnium domino accipiens, majore quam antea virtute donatus est. Tum attoniti omnium animi : is enim cujus ablata lingua erat divino munere jam strenue loqui; jam fide exsultare non secus ac si juxta Eum staret cui testimonium reddiderat; læto et hilari vultu salutare familiares,

(1) *De Martyr. Pal.* Cap. II.

divina verba per omnium aures spargere quos unum Deum ad colendum adhortabatur; precesque et gratias Deo agere qui miracula facit. Quo facto palam christianam doctrinam professus est virtutemque sane ejus exhibuit quem confessus erat. Quæ omnia postquam non brevi tempore peregerat, in nervo fuit denuo extensus, jussuque præsidis judicisque laqueo injecto strangulatus. Atque eodem die quo priores illi, Zacchæus et Alphæus, martyrium ejus consummatum est. Antiochiæ autem quamquam decertavit mortemque occubuit, eum tamen, utpote a genere Palæstino ortum, in numerum provinciæ nostræ martyrum referri mihi visum est.

Martyrium Timothei in urbe Gaza, secundo anno persecutionis quæ diebus nostris exorta est (1).

Secundo anno infensiores animi quam priore erant; atque Urbanus proximus post Flavianum Palæstinam obtinebat. Iterum ab imperatore edicta, præter priora, missa sunt, quibus in omnes erat sæviendum. Nam in prioribus ecclesiæ tantum præsides jusserat ad sacrificandum compelli — hæc autem tam dura pariter in omnes erant ut cujuscumque civitatis plebs universa, virique et mulieres, inanibus idolis sacrificare et dæmonibus libare juberentur;

Δευτέρου δ' ἔτους διαλαβόντος καὶ δὴ σφοδρότερον ἐπιταθέντος τοῦ καθ' ἡμᾶς πολέμου, τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένου τηνικάδε Οὐρβανοῦ, γραμμάτων τοῦτο πρῶτον βασιλικῶν πεφοιτηκότων ἐν οἷς καθολικῷ προστάγματι πάντας πανδημεὶ τοὺς κατὰ πόλιν θύειν τε καὶ σπένδειν τοῖς εἰδώλοις ἐκελεύετο, Τιμόθεος ἐν Γάζῃ πόλει τῆς Παλαιστίνης μυρίας ἀνατλὰς βασάνους, ἐπὶ πάσαις λεπτῷ καὶ μαλθακῷ κτλ. (1).

(1) Curet. op. cit. p. 8 seq.
(1) *De Martyr. Pal.* Cap. III.

ejusmodi enim erant mandata tyrannorum qui adeo insaniebant ut bellum Deo summo regi inferrent. Quæ cum jam perficerentur, beatus ille Timotheus in urbe Gaza, etc.

. . . .

Ἔτι δὲ τῆς κατὰ τούτους (scilicet Pamphilum ejusque socios) κινήσεως ἀνὰ στόμα τοῖς πᾶσι λαλουμένης, Ἀδριανὸς καὶ Εὔβουλος ἀπὸ Μαγγαναίας οὕτω καλουμένης χώρας ὡς τοὺς λοιποὺς ὁμολογητὰς εἰς τὴν Καισάρειαν ἀφικόμενοι, πρὸς τῇ πύλῃ καὶ αὐτοὶ δι' ἣν ἐληλύθασιν ἀνεκρίνοντο αἰτίαν· εἶτα ὁμολογήσαντες τἀληθὲς τῷ Φιρμιλιανῷ προσάγονται. Ὁ δ' ὡς εἶχε, πάλιν μηδὲν ὑπερθέμενος, μετὰ πλείστας βασάνους ἃς κατὰ τῶν πλευρῶν αὐτοῖς ἐπιτέθεικε, θηρίων αὐτοὺς βορᾷ κατακρίνει. Δυεῖν δὴ οὖν μεταξὺ διελθουσῶν ἡμερῶν, ὁ μὲν Ἀδριανὸς Δύστρου πέμπτῃ μηνός, πρὸ τριῶν Νώννων Μαρτίων, γενεθλίων τῆς κατὰ Καισαρέων νομιζομένης τύχης ἡμέρᾳ, λέοντι παραβληθεὶς καὶ μετὰ τοῦτον ξίφει κατασφαγεὶς ἐτελειώθη. Ὁ δὲ Εὔβουλος, μεθ' ἑτέραν μέσην, Νώναις αὐταῖς Μαρτίαις ᾗ γένοιτ' ἂν ἑβδόμη Δύστρου, πολλὰ λιπαρήσαντος αὐτὸν τοῦ δικαστοῦ ὡς ἂν θύσας τῆς νομιζομένης παρ' αὐτῶν ἐλευθερίας τύχῃ, τῆς προσκαίρου ζωῆς τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας εὐκλεῆ προτιμήσας θάνατον, μετὰ τοὺς θῆρας ὁμοίως τῷ προτέρῳ θῦμα γενόμενος, ὕστατος τῶν ἐπὶ τῆς Καισαρείας μαρτύρων τοὺς ἄθλους ἐπεσφραγίσατο.

Martyrium Hadriani et Eubuli, septimo anno persecutionis quæ diebus nostris exorta est.

Martyrio Pamphili et sociorum jam foras omnium sermone divulgato, Hadrianus Eubulusque, a loco Bataneæ quodam ad reliquos Cæsareæ martyres festinabant. Portis cum adessent, de itineris causa interrogati veraque confessi ad Firmilianum ducuntur. Qui protinus eorum latera jussit primum dilacerari singularique modo eos castigavit, tanquam sibi inimici essent atque odiosi ; quæ cum non satis esse duceret, ad bestias damnavit. Biduo post, Hadrianus martyr, quinto die mensis Adar, leoni objectus certamen strenue tulit, atque a fera laceratus, gladio demum confossus est. Eubulus quoque, perendino die, id est septimo die mensis Adar, multum ab judice tentatus qui illud pollicebatur : « Si dæmonibus sacrificaveris, dimitteris, » hac ætate caduca posthabita, sempiternam potius vitam habuit quam hanc fugitivam fluxamque vitam. Tunc leoni objectus ejusque dentibus discerptus eadem perpessus est quæ priores. Ultimus omnium Cæsareæ martyrium tu-

lit (1). (Sequitur *Martyrium Pauli et Nili et Patrimytheæ*, etc., ut inferius).

Nihil in syriaco.

Nihil in syriaco.

Μνημονεῦσαι δ' ἔτι ἄξιον ἐνταῦθα τοῦ λόγου ὡς ἄρα οὐκ εἰς μακρὸν τῆς οὐρανίου προνοίας τοὺς δυσσεβεῖς ἄρχοντας αὐτοῖς τυράννοις μετελθούσης. Ὁ γὰρ τὰ τοσαῦτα κατὰ τῶν τοῦ χριστοῦ μαρτύρων παροινήσας, αὐτὸς δὴ ὁ Φιρμιλιανὸς μετὰ τῶν ἄλλων ἐσχάτην ὑπομείνας τιμωρίαν ξίφει τὴν ζωὴν καταστρέφει. Καὶ τὰ μὲν κατὰ Καισάρειαν ἐφ' ὅλοις τοῖς τοῦ διωγμοῦ χρόνοις ἐπιτελεσθέντα μαρτύρια τοιαῦτα (2).

Ὅσα δ' ἐπὶ τούτοις κατὰ τὸν ἐν μέσῳ χρόνον ἐπιτελεσθῆναι συμβέβηκε κατὰ τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν προεστῶτας, ὡς ἀντὶ ποιμένων τῶν λογικῶν τοῦ χριστοῦ προβάτων, ὧν οὐκ ἐνθέσμως προύστησαν, καμήλων ἀλόγου καὶ τῇ τοῦ σώματος φύσει σκολιωτάτου ζώου φροντιστὰς αὐτούς, ὡσπερεὶ τούτων ἀξίους, ἡ θεία κατακρίνασα δίκη προεστήσατο· ὅπως τε βασιλικῶν ἵππων ἐνόχους παραστάσει κατεδίκασεν ὅσα τε τῶν ἱερῶν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα κειμηλίων οἱ αὐτοὶ πρὸς τῶν κατὰ καιροὺς βασιλικῶν ἐπιτρόπων τε καὶ ἀρχόντων ἐν ὕβρεσι καὶ ἀτιμίαις καὶ βασάνοις ἀνηντλήκασι· τάς τε ἐπὶ τούτοις τῶν πολλῶν φιλαρχίας ἀκρίτους τε καὶ ἐκθέσμους χειροτονίας καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς ὁμολογηταῖς σχίσματα· ὅσα τε οἱ νέοι στασιώδεις κατὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας λειψάνων διὰ σπουδῆς ἐμηχανήσαντο, καινότερα καινοῖς ἐπινεωτερίζοντες καὶ ἀφειδῶς ταῖς τοῦ διωγμοῦ συμφοραῖς ἐπεντρίβοντες καὶ κακὰ κακοῖς

(1) Cureton, *op. cit.*, p. 45.
(2) *De martyr.* Pal. cap. XI.

ἐπιτειχίζοντες· ταῦτα πάντα παρήσειν μοι δοκῶ, ἀνοίκειον ἐμαυτῷ κρίνας παραιτουμένῳ τε καὶ ἀποφεύγοντι, ὡς δ' οὖν καὶ ἀρχομένῳ μοι εἴρηται, τὴν περὶ τούτων διήγησιν· ἀλλὰ γὰρ ὅσα σεμνὰ καὶ εὔφημα κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον καὶ εἴ τις ἀρετὴ καὶ ἔπαινος, ταῦτα λέγειν τε καὶ γράφειν καὶ πισταῖς ἀκοαῖς παρέχεσθαι οἰκειότατον ἡγούμενος, τῇ τῶν θαυμαστῶν μαρτύρων ἱστορίᾳ καὶ τῇ μετὰ ταύτην οὐρανόθεν ἡμῖν ἐπιφανείσῃ εἰρήνῃ κοσμήσειν μοι δοκῶ τοῦ παντὸς λόγου τὴν περιγραφήν (1).

Martyrium Pauli et Nili
et Patrimytheæ et Eliæ, septimo
persecutionis anno
quæ diebus nostris exorta est.

Ἕβδομον ἔτος τοῦ καθ' ἡμῶν ἀγῶνος ἠνύετο, καί πως ἠρέμα τῶν καθ' ἡμᾶς ἡσυχῇ τὸ ἀπερίεργον εἰληφότων εἰς ὄγδοόν τε διαγενομένων ἔτος, ἀμφὶ τὰ ἐν Παλαιστίνῃ χαλκοῦ μέταλλα οὐκ ὀλίγης ὁμολογητῶν συγκεκροτημένης πληθύος πολλῇ τε τῇ παρρησίᾳ χρωμένων ὡς καὶ οἴκους εἰς ἐκκλησίας δείμασθαι, ὁ τῆς ἐπαρχίας ἄρχων, δεινός τις ὢν καὶ πονηρὸς καὶ οἷον αὐτὸν τὰ κατὰ τῶν μαρτύρων δρασθέντα συνέστησεν, ἐπιδημήσας αὐτόθι καὶ τὴν τῶν ἐκεῖσε διαγωγὴν πυθόμενος βασιλεῖ κοινοῦται ὅσα δοκεῖ, εἰς διαβολὴν καταγράφων. Εἶτ' ἐπιστὰς ὁ τοῖς μετάλλοις ἐπιτεταγμένος, ὡς ἂν ἐκ βασιλικοῦ νεύματος διελὼν τὴν τῶν ὁμολογητῶν πληθύν, τοῖς μὲν

Die decimo nono mensis Ilul, mirandum illud Dei martyrum bellum cum gereretur, in hac eadem Palæstina, in urbe Phæno, ingens quoddam spectaculum edebatur; omnes quidem exercitatissimi, qui decertabant, numeroque circiter erant centum et quinquaginta, quorum multi, amplius centum, Ægyptii erant; hi prius oculo dextro orbati lævaque crura igni et gladio debilitata gerentes, postea fuerant ad ærifodinas ducti Palæstini etiam iisdem atque Ægyptii malis premebantur. Qui omnes unum in locum nomine Zauara coacti erant societatemque ex multis collectam esse diceres.

Quibuscum plurimi erant e di-

(1) *De mart. Palæst.* Cap. XII.
(2) Curet. op. cit. p. 46 seq.

versis locis ad eos visendos congressi, aliique non pauci qui eis auxiliabantur eosque caritate visebant et quidquid opus erat supplebant. Integram diem illi terebant precando, Deum colendo, docendo et legendo; mala pro deliciis habebant tempusque totum ut in festiva quadam societate consumebant. Sed Dei inimicus pessimusque ille æmulus hæc non tulit; ideoque is quem Romani ducem vocant subito ad eos missus est, qui alios ab aliis primum segregavit; quorum hi ad eum locum, quem Zauara vocant, missi sunt; illi in urbem Phæno ubi ærifodina est, atque alii alio. Postea, ex iis qui in urbem Phæno missi erant præstantissimos, numero quatuor, elegit, qui essent in reliquorum terrorem. Quæstione alligati cum animum nullo modo despondissent, immitis ille judex qui nullum supplicium igni atrocius ducebat, huic mortis generi sanctos Dei martyres addixit. Ad ignem igitur adducti, sponte in flammas securi irruerunt, seseque dederunt munus incenso et muneribus præstantius, corporaque Deo holocaustum quolibet sacrificio jucundius obtulerunt. Quorum Paulus et Nilus uterque episcopus erat; *laici* vero, Patermytheus et Elias; omnes genere Ægyptii. Vere amantes erant eximiæ illius Dei sapientiæ, qui se obtulerunt tamquam aurum igni probandum. Ille vero qui debiles roborat mærentesque solatiis cu-

Κύπρον, τοῖς δὲ τὸν Λίβανον οἰκεῖν ἔνειμεν, ἄλλους τε ἄλλαις κατὰ Παλαιστίνην χώραις κατασπείρας, τοὺς πάντας διαφόροις πονεῖσθαί τισιν ἔργοις ἐπικελεύεται. Εἶτα τέσσαρας τοὺς μάλιστα δοκοῦντας αὐτῶν κορυφαίους ἐπιλεξάμενος, ἐπὶ τὸν ἐφεστῶτα τοῖς αὐτόθι στρατεύμασι παραπέμπεται· Πηλεὺς ἦν καὶ Νεῖλος, ἐπίσκοποι Αἰγυπτίων, καὶ πρεσβύτερος ἄλλος καὶ ἐπὶ τούτοις ὁ τοῖς πᾶσι διὰ τὴν περὶ πάντας σπουδὴν γνωριμώτατος Πατερμούθιος· οὓς ὁ στρατοπεδάρχης, ἄρνησιν τῆς θεοσεβείας αἰτήσας καὶ μὴ τυχών, τῇ διὰ πυρὸς τελειώσει παραδίδωσιν. Ἄλλοι δ' αὖ πάλιν ἐτύγχανον ἐκεῖσε ἐφ' ἑαυτοῖς ἰδίαν χώραν οἰκεῖν λαχόντες, ὅσοι τῶν ὁμολογητῶν ἤτοι διὰ γῆρας ἢ διὰ πηρώσεις ἢ ἄλλας σωμάτων ἀσθενείας τῆς ἐν τοῖς ἔργοις ἀπελέλυντο λειτουργίας· ὧν ἡγεῖτο ἐκ τῆς Γαζαίων ἐπίσκοπος ὁρμώμενος Σιλβανὸς εὐλαβές τι χρῆμα καὶ γνήσιον ὑπόδειγμα χριστιανισμοῦ φέρων. Οὗτος δή, ὡς εἰπεῖν, ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας τοῦ διωγμοῦ καὶ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου παντοίοις ἀγῶσιν ὁμολογιῶν διαπρέψας, εἰς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ τετήρητο ὡς ἂν ὕστατον γένοιτο παντὸς τοῦ κατὰ Παλαιστίνην ἀγῶνος ἐπισφράγισμα. Τούτῳ δὲ καὶ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου συνῆσαν πλείους, ἐν οἷς ἦν Ἰωάννης ὃς τῇ περὶ μνήμας ἀρετῇ τοὺς καθ' ἡμᾶς ὑπερεβάλετο πάντας. Τῶν μὲν οὖν ὄψεων καὶ πρότερον οὗτος ἐστέρητο· ὅμως δὲ καὶ ἐφ' αἷς διέπρεψεν ὁμολογίαις ὁμοίως τοῖς ἄλλοις καυτῆρσιν ἀφανισθεὶς τὸν πόδα, κατὰ τῆς μὴ

ἐνεργούσης ὁράσεως τὸν αὐτὸν τοῦ πυρὸς καυτῆρα εἰλήφει, τῶν δημίων ἐπὶ τὸ ἀνηλεὲς καὶ ἀσυμπαθὲς τὸ τοῦ τρόπου ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον ἐπιτεινόντων. Τοιοῦτον δὴ ὄντα ἤθους μὲν καὶ βίου φιλοσόφου τί ἄν τις ἀποθαυμάσειεν, οὐχ οὕτως ἀναφανέντος παραδόξου ὅσον τῆς ἐν μνήμαις ἀρετῆς, ὅλας βίβλους τῶν θείων Γραφῶν οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις, ᾗ φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἀλλ' οὐδὲ ἐν ζώων δοραῖς ἢ χάρταις, ὑπὸ σητῶν καὶ χρόνου διαφθειρομένοις, ἀλλ' ἐν πλαξὶν ὡς ἀληθῶς καρδίας σαρκίναις ψυχῇ τε διαυγεῖ καὶ καθαρωτάτῳ διανοίας ὄμματι καταγεγραμμένου, ὡς προφέρειν γε, ὅτε καὶ βούλοιτο, διὰ στόματος ὥσπερ ἀπό τινος λόγων θησαυροῦ, τοτὲ μὲν νομικὴν καὶ προφητικὴν γραφήν, τοτὲ δὲ ἱστορικὴν εὐαγγελικήν τε, ἄλλοτε καὶ ἀποστολικήν. Καταπλαγῆναί ποτε αὐτὸς ὁμολογῶ, πρῶτον τὸν ἄνδρα θεασάμενος μέσον ἱκανοῦ πλήθους ἐκκλησίας ἑστῶτα καί τινα μέρη θείας γραφῆς διεξιόντα. Ἕως μὲν γὰρ φωνῆς αὐτὸ μόνον ἐπακροᾶσθαί μοι παρῆν, ἀναγινώσκειν οἷα δὴ ἔθος ἐν ταῖς συνόδοις τινὰ ἡγούμην· ὡς δὲ ἄγχιστα γενόμενος τὸ πραττόμενον συνεῖδον, τοὺς μὲν ἄλλους ἅπαντας ὑγιέσιν ὀφθαλμοῖς ἐν κύκλῳ περιεστῶτας, τοῦτον δὲ μόνοις τοῖς τῆς διανοίας χρώμενον, καὶ ἀτεχνῶς οἷά τινα προφήτην ἀποφθεγγόμενον, παρὰ πολύ τε πλεονεκτοῦντα τοὺς τὸ σῶμα ἐρρωμένους, οὐδ' ὅπως οὐ δοξάζειν τὸν θεὸν καὶ

mulat, eos cœlesti vita dignatus in angelorum choros retulit.

Martyrium Silvani ejusque sociorum, octavo persecutionis anno quæ diebus nostris exorta est (1).

Beatissimus Silvanus ex urbe Gaza venit eratque veteranus; missionis vero pertæsus nomen suum christianam in militiam bono animo dedit. Vere mansuetus erat, acerrimo ingenio, nuda fide et sincera. Gazensis Ecclesiæ presbyter erat, ubi modestissime vivebat. Christianis militibus statim ut certamen pro vita indictum fuit, senior ille vir et generosus, in stadium missus, in conspectu plebis Cæsariensis tum primum fidem confessus flagrisque dilaceratus fortissimum se militem exhibuit. Quo certamine strenue confecto, alterum suscepit ubi senioris viri, non secus ac si junior esset, latera pectinibus dilaniata sunt. Postremum ad ærifodinas missus est; et longam per ætatem eximie probatus est. Episcopatu etiam honoratus est, quo munere inclaruit. Die autem quarto mensis Iyar, ei cœlorum porta late patuit qua beatissimus ille vir ingressus est. Neque unus tamen fuit, quem multi fortesque comitati fuere. Subito enim dirum exiit edictum, ut qui in ærifodinis ætate morbove debilitati aut la-

(1) Curet. op. cit. p. 47 seq. — Cf. Append. D.

borando inepti erant gladio ferirentur. Tum Dei martyres numero quadraginta uno eodemque die capite truncati sunt. Inter quos Ægyptii multi erant ; princeps autem et dux Silvanus martyr, martyrumque simul episcopus, vere beatus vir Deique amantissimus.

Hic in syriaco nihil de Joanne legitur; hæc tantum sequuntur (2) :

Eo tandem narrationis progressi, vos admonebimus quomodo non multo post infensissimos istos præsides Deus ultus sit, et quam celeriter scelerum pœnas luerint. Ille enim qui in Dei martyres, tamquam fera quædam, teterrimus fuerat, tum fœde punitus, jussu ejus qui imperio potiebatur, teterrimæ etiam feræ instar interiit. Ceteri pariter alii alio mortis genere perierunt justumque scelerum pretium tulerunt.

Quidquid per totum persecutionis in Palæstina sævientis tempus actum est jam narravimus et divulgavimus. Beatissimi quidem illi Dei martyres cuncti erant, qui ætate nostra victoriam reportaverunt, etc.

ἀποθαυμάζειν οἷός τε ἦν· σαφές τε πεῖσμα καὶ βέβαιον αὐτοῖς ἔργοις ἐδόκουν μοι ὁρᾶν ὅτι δὴ μόνος κατ᾽ ἀλήθειαν, οὐχ ὁ ἐν τῷ προφανεῖ σώματι νενομισμένος πέφυκεν ἄνθρωπος, ἀλλ᾽ ὁ κατὰ ψυχὴν καὶ διάνοιαν, ὃς καὶ τοῦ σώματος λελωβημένου μείζονα τὴν ἀρετὴν τῆς καθ᾽ αὑτὸν δυνάμεως ἐπεδείκνυτο. Ἀλλὰ γὰρ τοὺς δεδηλωμένους κατὰ τὸν ἀποκριθέντα τόπον διατρίβοντας τά τε συνήθη ἐν ἀσιτίαις καὶ προσευχαῖς καὶ ταῖς λοιπαῖς ἀποτελοῦντας ἀσκήσεσι, θεὸς μὲν αὐτὸς τῆς σωτηρίου τελειώσεως τυχεῖν ἠξίου, δεξιὰν αὐτοῖς ἐπήκοον· ὁ δὲ πολέμιος ἐχθρός, ἅτε σχολαίτατα κατ᾽ αὐτοῦ διὰ τῶν πρὸς θεὸν εὐχῶν ὁπλιζομένους μηκέθ᾽ οἷός τε φέρειν, κτείνειν καὶ μεταίρειν ἀπὸ γῆς ὡς ἂν ἐνόμιζεν ἐνοχλοῦντας. Θεὸς δὲ αὐτῷ καὶ τοῦτο πράττειν ἐγχειροῦντι συνεχώρει, ὡς ὁμοῦ γε αὐτὸς τῆς αὐτοῦ κατὰ προαίρεσιν μὴ εἴργοιτο πονηρίας, ἐκεῖνοί τε τῶν πολυτρόπων ἀγώνων ἤδη ποτὲ ἀπολάβοιεν τὰ βραβεῖα. Ταύτῃ οὖν ἑνὸς δέοντος τὸν ἀριθμὸν τεσσαράκοντα, νεύματι τοῦ παναγεστάτου Μαξιμίνου, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τὰς κεφαλὰς ἀποτέμνονται. Ταῦτα μὲν οὖν τὰ κατὰ Παλαιστίνην ἐν ὅλοις ἔτεσιν ὀκτὼ συμπερανθέντα μαρτύρια, καὶ τοιοῦτος ὁ καθ᾽ ἡμᾶς διωγμὸς ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν καθαιρέσεως, εἰς μέγα δὲ προκόψας ἐν ταῖς κατὰ χρόνους τῶν ἀρχόντων ἐπαναστάσεσιν κτλ. (1).

(1) *De mart. Palæst.* cap. XIII.

(2) Curet. op. cit., p. 48. — Cf. Append. D.

Quæ retulimus omnia testimonio sunt nos jure dixisse nec tot in hoc libello syriaco, quot in græco, res narratas fuisse, neque semper easdem, neque eodem ordine ; immo vero, modo diversum iisdem martyribus tributum esse locum, modo quædam in hoc libello prætermissa fuisse quæ in altero exponuntur, modo quoque relatas martyrum passiones quæ in altero silentur, aut pauca tantum de martyre quodam breviter dicta qui amplius libentiusque in altero laudatur. Sed in utroque opusculo res ita sese habet ut propositum auctor assequatur, scilicet ut in græco res gestas legentes edoceat, in syriaco *fidelibus Christianis* documenta virtutum proferat quæ strenue imitentur.

IV. Præterea ipsum dicendi genus non idem in syriaco libello quod in græco ; in hoc enim historiæ magis congruit omninoque sanum pressumque est, atque ad exitum auctor festinat ; in illo autem is minus rebus quam sententiis et floribus abundans locis non paucis hæret et commoratur.

Exempla pauca et brevia reponam.

De Maximino, qui Cæsar renuntiatus erat, græce legitur :

Μαξιμῖνος Καῖσαρ αὐτόθεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παρελθών, ὥσπερ τῆς ἐμφύτου θεοεχθρίας αὐτοῦ καὶ δυσσεβείας τὰ σύμβολα τοῖς πᾶσιν ἐνδεικνύμενος, γενικώτερον ἢ οἱ πρόσθεν τῷ καθ' ἡμῶν ἐπαπεδύετο διωγμῷ (1). Syriace vero : « Teterrima illa vipera, perversus atque immanis tyrannus, qui ætate nostra imperium Romanum obtinuit, vel ab initio imperii exorsus est Deum, ut ita dicam, impugnare, multoque acriorem persequendi cupidinem et rabiem quam priorum ullus principum in nos exercuit : Maximinum dico. » (2). — Græce de Timotheo Eusebius sic loquitur : Τιμόθεος ἐν Γάζῃ πόλει τῆς Παλαιστίνης μυρίας ἀνατλὰς βασάνους, ἐπὶ πάσαις λεπτῷ καὶ μαλθακῷ πυρὶ παραδοθείς, δοκιμὴν γνησιωτάτην τῆς περὶ τὸ θεῖον γνησιωτάτης εὐσεβείας διὰ τῆς πρὸς πάντα ὑπομονῆς παρασχὼν τὸν τῶν ἱερονίκων τῆς θεοσεβείας ἀθλητῶν στέφανον ἀπηνέγκατο (3). Nunc syriace : « Beatissimus ille Timotheus, in urbe Gaza, Urbano qui tum aderat traditus, in vincula tamquam latro conjectus est ; neque enim ulla de noxa is in vincula conjectus est qui universo totius vitæ instituto innocentissimus erat. Igitur cum legi de idolis colendis non paruisset ..., judex

(1) *De Martyr. Palæst.* cap. IV.
(2) Curet. op. cit. p. 12.
(3) *De Martyr. Palæst.* cap. III.

eum crudelissimis affecit tormentis, adeoque innumera flagra in ejus corpus effudit, lateribus simul fœde laceratis, ut ea referri nequirent. Interea fortissimus ille Dei martyr hostilem impetum invictus tulit, victoriamque tandem lento igne consumptus reportavit; tenui enim et lento igne fuit consumptus, ita ut ejus animæ deesset facilis a corpore exitus et requietis possessio. Ideoque, tamquam aurum lento camini igne probatum, ostendit quam perfecta ac sincera in Deum pietas esset coronamque meruit triumphalem quæ justitia potitos manet. Deum vero cum diligeret, debitam studio mercedem accepit, id est plenissimam illam vitam quam in conspectu Dei rerum omnium dominatoris vehementer exoptabat (1).

Brevissima græce de quatuor martyribus Ægyptiis : οὓς ὁ στρατοπεδάρχης ἄρνησιν τῆς θεοσεβείας αἰτήσας καὶ μὴ τυχών, τῇ διὰ πυρὸς τελειώσει παραδίδωσιν. Ἄλλοι δ' αὖ πάλιν ἐτύγχανον κτλ. (2). Longe secus syriace : « Quæstioni alligati cum animum nullo modo despondissent, teterrimus ille judex qui nullum supplicium igni atrocius ducebat huic mortis generi sanctos Dei martyres addixit. Ad ignem igitur conducti sponte in flammas securi irruerunt, ac sese dederunt munus incenso et muneribus omnibus præstantius, corporaque Deo holocaustum quolibet sacrificio jucundius obtulerunt, etc. » (3).

De Urbano atrocissimo Palæstinæ præside ita græce : ἐπὶ δὲ τῇ κατὰ τῶν ἁγίων ὠμότητι ὁποίας ἀμοιβῆς παρὰ τῇ θείᾳ δίκῃ τεύξεται, τοσαῦτα κατὰ τῶν τοῦ χριστοῦ μαρτύρων ἐμπαροινήσας, διαγνῶναι ῥᾴδιον ἐκ τῶν τῆδε προοιμίων δι' ὧν εὐθὺς καὶ οὐκ εἰς μακρὸν τοῖς κατὰ τοῦ Παμφίλου τετολμημένοις αὐτὸν ἔτι τῆς ἡγεμονίας ἐχόμενον ἡ θεία μετῆλθε δίκη · ἀθρόως οὕτω τὸν χθὲς ἄνω που ἐφ' ὑψηλοῦ βήματος δικάζοντα καὶ πρὸς τοῦ στρατιωτικοῦ δορυφορούμενον στίφους ὅλου τε τοῦ Παλαιστίνων ἔθνους ἐπάρχοντα ὁμοδίαιτόν τε οἷα φιλαίτατον καὶ ὁμοτράπεζον αὐτῷ τῷ τυράννῳ καθεστῶτα διὰ μιᾶς γυμνώσασα νυκτός, καὶ τῶν τοσούτων ἀξιωμάτων ἔρημον καταστήσασα, ἀτιμίαν τε καὶ αἰσχύνην ἐπὶ τῶν πρότερον ὡς ἂν ἄρχοντα αὐτὸν τεθηπότων καταχέασα, δειλόν τε καὶ ἄνανδρον γυναικώδεις τε προϊέμενον φωνὰς καὶ ἱκεσίας ὅλῳ τῷ ἔθνει οὗ δὴ καὶ ἦρχεν ἐπιδείξασα, αὐτόν τε τὸν Μαξιμῖνον, ἐφ' ᾧ τὸ πρὶν γαυριῶν ἐφρυάττετο ὡς ἂν διαφερόντως αὐτὸν τῶν δρωμένων αὐτῷ καθ'

(1) Curet. op. cit. p. 9 seq.
(2) *De Martyr. Palæst.* cap. XIII.
(3) Curet. op. cit. p. 46 seq.

ἡμῶν ἕνεκα στέργοντι, δικαστὴν ἀπηνῆ καὶ ὠμότατον ἐπ' αὐτῆς τῆς Καισαρείας καταστήσασα, ὡς καὶ τὴν ἐπὶ θανάτῳ κατ' αὐτοῦ ψῆφον ἐξενεγκεῖν, μετὰ πολλὴν τὴν ἐφ' οἷς ἐξηλέγχετο ἀτοπήμασιν αἰσχύνην (1). Hæc syriace : « Quod ad teterrimum illum judicem spectat qui in Dei confessores pessima moliebatur, quæ merces, quæ pœna eum manet ? Quod facile nobis conjiciendum est ex iis quæ referimus. Nam postea, protinus et sine ulla mora, ob ea quæ ausus erat, justum Dei judicium eum cepit, ab eoque gravissimam pœnam atque acerbissimam expetivit. Ille enim qui ferox in tribunali sedebat et militum caterva circumstante gloriabatur superque Palæstinos omnes se extollebat, una nocte omni decore cunctisque honoribus spoliatus, in privatorum ordinem redactus est. Tum, in hac urbe nostra Cæsarea ubi scelera illa supradicta patraverat, judicio Maximini qui, ut ille, ita et ipse iniquissimus erat tyrannus, miserrimæ morti traditus fuit ; nam contumeliis et probris, quibus non pejus ullum est mortis genus, ita oppressus est, ut ante mortem et mulierum convitia et omnium diræ exsecrationes aures ejus obtuderint. Quibus ex omnibus percipi potest id initium esse divinæ ultionis quæ postremum eum manet, cum in Dei servos se pessimum et teterrimum exhibuerit.

« Quæ omnia cursim memoravi illorum gratia fidelium, e quibus pauci adhuc ad hodiernum usque diem supersunt ; multaque mala quibus iste afflictus est nunc relinquo, ut brevius paucisque verbis narratas res posteris quasi in commentario tradam (2). »

Postremum sit Petri, qui et Abselamus, passio. Ita græce : Αὐδυναίου δὲ μηνὸς ἡμέρᾳ μιᾷ καὶ δεκάτῃ, εἴη δ' ἂν ἡ πρὸ τριῶν Εἰδῶν Ἰανουαρίων, ἐπὶ τῆς αὐτῆς Καισαρείας Πέτρος ἀσκητής, ὁ καὶ Ἀψέλαμος, ἀπὸ Ἀνέας κώμης τῶν ὅρων Ἐλευθεροπόλεως, διὰ πυρὸς οἷα χρυσὸς ἀκραιφνέστατος τῆς εἰς τὸν χριστὸν τοῦ θεοῦ πίστεως εὐγενεῖ λογισμῷ τὴν δοκιμὴν ἀποδέδωκε, μυρία μὲν λιπαροῦντας τόν τε δικαστὴν καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ὡς ἂν ἐλεήσειέ τε αὐτὸν καὶ τῆς ἰδίας φείσαιτο νεότητός τε καὶ ἀκμῆς ὑπεριδών, προτιμήσας δ' ἁπάντων καὶ ζωῆς τὴν ἐπὶ τὸν τῶν ὅλων θεὸν ἐλπίδα (3). Amplissima est syriace passio: « Decimo die mensis Canun alterius, Petrus, qui et Absalom, clarissimus divini regni confessor apparuit ; adeo stre-

(1) *De Martyr. Palæst.* cap. VII.
(2) Curet. op. cit. p. 25 seq.
(3) *De martyr. Palæst.*, cap. X.

nue pro Deo colendo contendit, adeoque victor e passione recessit ut ipsius judicis sed multo magis circumstantium admirationem moveret. Porro multi urgebant ut sui ipsius misereretur, ut sibi parceret seque a malis imminentibus abriperet ; ille vero quidquid dicebatur despiciebat. Circumstantes quidem — et qui eum sciebant et qui nesciebant — singuli eum exhortabantur atque efflagitabant, non secus ac si de propria ipsorum vita res fuisset. Pauci tamen eximium ejus consilium firmavere, dum ceteri denuo eum a sententia deterrere conabantur, qui precabantur ut et juventutem et vitam respiceret..... Qui dextri erant eum ad se vocabant ; qui vero sinistri persuadebant ut terrestrium rerum reminisceretur. Florens quidem is ætate erat, forma præstans, animo ingenuus, corpore alacer ac validus ; qui se præbuit tam purum quam aurum fornace et igni probatum, potioremque Salvatoris confessionem habuit quam hanc sæcularem vitam tam celeriter elapsam..... Sanctissimus ille martyr oriundus erat ab vico Aia urbi Beth Gobrin proximo ; supradictum martyrium fortiter consummavit coronamque triumphalem victoribus Christi martyribus debitam meruit (1). »

Jam apparet in græco libello dicendi genus magis historicum esse ; in syriaco magis oratorium. In illo enim nuda rerum narratio est et simplex. In hoc non gravitate modo sententiarum et verborum copia valet oratio, quæ hominem potius decet ad ecclesiam dicentem quam scribentem ; sed etiam et sensus et verba redolere mihi videntur dicendi genus *homileticum*, maxime ubi audientes ipse sibi fingit scriptor hisque alloquitur : « Eo narrationis nostræ jam progressi *vos* admonebimus quomodo non multo post infensissimos illos præsides Deus ultus sit, etc. (2). » Utcumque res est, id tamen diligenter animadvertendum, et suo quodque stylo utriusque libelli propositum adjuvari, sententiasque commendari; et stylum in altero res narrantis esse et commemorantis, in altero concionantis, christianique episcopi, ut ita dicam, plebem suam modo ad persecutorum odium modo ad pietatem virtutemque incitantis.

IV. E passionibus quibusdam, quas antea recitavimus, constat ratio cur non pauci, iique docti, arbitrati sint græcum libellum

(1) Curet. op. cit. p. 35.
(2) Curet. op. cit. p. 48.

syriaci esse summarium. Nam si inter se conferantur Procopii utraque acta, vel Zacchæi et Alphæi, vel Petri qui et Abselamus, facile in mentem subire potest hæc opinio : geminum Eusebii exstitisse opusculum ; hoc esse primigenium quod syriace tantum nunc tenemus, postquam diu deperditum fuit ; illud vero, græcum, in summa græca contractum esse, quæ usque ad hodiernum diem nobis tradita est. Sed longe aliter esse res mihi videtur.

Plerumque enim in utroque libello eædem res, diversa tamen ratione et forma, exponuntur.

Quod ad græcum attinet, prioribus in passionibus Historici partes Eusebius agens magis properat ; martyris tantum nomen atque ultimum supplicium tradit ; pauca vero de patientis verbis et habitu, pauciora de moribus ejus. Quæ omnia in posterioribus paulo fusius explicat, ubi non semel nos docet qualis antea martyr fuerit, qua patria, quo genere ortus, et quomodo primam vitam egerit ; paulo diutius quam superius libens immoratur, caritate erga suos et præclare gestorum admiratione tardatus.

Quod ad syriacum, semper sibi constans et nusquam immutata specie se offert opusculum a prima Procopii ad ultimam Silvani passionem. Quantum enim Eusebius cognoscere potuit, nos monet quo loco martyr natus sit, ubi educatus fuerit et quali doctrina imbutus ; laudibus extollit ejus erga Deum pietatem, morum probitatem, purissimum mentis habitum, animi fortitudinem ; deinde refert quo casu in persecutorum manus inciderit, quanta cruciatus patientia tulerit, quali vultus hilaritate tormentis præstiterit et torquentes vicerit, quo demum supplicio vita liberatus animum Deo exspectanti permiserit.

Præterea, quamquam ad libelli græci propositum brevior et contractior, ad syriaci fusior narratio apta fuit, tantum abest ut semper in græco breviores tantum martyrum passiones reperiantur, ut quædam æque amplæ, quædam propriæ præsto sint. Tanta enim sunt in græco Hadriani et Eubuli acta quanta in syriaco, quæ superius recitata fuere (p. 52 seq.). Confer etiam acta Valentis diaconi, Pauli Jamnensis aliorumque Pamphili sociorum (1). Immo insignis illa Joannis Ægyptii passio in græco occurit quam in syriaco non invenire est (2).

(1) *De mart. Palæst.* cap. IX. (Cf. Curet. op. cit. p. 39 seqq.)
(2) *De mart. Pal.* cap. XIII. (Cf. Curet. op. cit. p. 46 seq.)

Quædam sane in græco opusculo desunt aut paucis contracta sunt, quæ in syriaco continentur copiosiusve relata fuere. Equidem id fateor; sed tamen non est infitiandum in syriaco non pauca omissa fuisse, quæ, ex uno græco libello collecta, universam persecutionis historiam illustrant. Nimirum Procopium inter et Alphæum Zacchæumque martyres, multa de antistibus Ecclesiæ, quorum nomina silentur, ab Eusebio commemorantur (1). Post Apphianum laudatur martyr Ulpianus (2). Theodosia celebrata, additur de aliorum confessorum quæstione ; et martyris cujusdam nomen ponitur Auxentius, in syriaco prætermissum (3). Relata Pauli passione eo crevisse dicitur Maximini insania ut cujuscumque civitatis magistratus cogerentur τὸ βασιλικὸν εἰς πέρας ἄγειν πρόσταγμα κελεῦον ὡς ἂν μετὰ σπουδῆς πάσης τῶν μὲν εἰδώλων ἀνοικοδομοῖεν τὰ πεπτωκότα, πανδημεὶ δὲ πάντας ἄνδρας ἅμα γυναιξὶ καὶ οἰκέταις καὶ αὐτοῖς ὑπομαζίοις παισὶ θύειν καὶ σπένδειν, αὐτῶν τε ἀκριβῶς τῶν ἐναγῶν ἀπογεύεσθαι θυσιῶν ἐπιμελὲς ποιοῖντο, καὶ τὰ μὲν κατ' ἀγορὰν ὤνια ταῖς ἀπὸ τῶν θυσιῶν σπονδαῖς καταμολύνοιντο, πρόσθεν δὲ τῶν λουτρῶν ἔφεδροι κατατάσσοιντο ὡς ἂν τοὺς ἐν τούτοις ἀποκαθαιρομένους ταῖς παμμιάροις μολύνοιεν θυσίαις (4). Postquam de Hadriano et Eubulo auctor scripsit, Firmiliani miserum sed meritum explicat interitum, qui, Palæstinæ præses, extremo supplicio addictus capite truncatus est (5). Tum pars quædam, quæ a syriaco abest integra, ubi ecclesiasticos præsides contumeliis affectos atque Ecclesiæ calamitates, ac suum auctor propositum commemorat (6). Tandem non levia neque pauca traduntur et de confessoribus ad metalla damnatis atque hanc aut illam regionem sortitis incolendam, et de Joanne quodam Ægyptio, ὃς τῇ περὶ μνήμας ἀρετῇ τοὺς καθ' ἡμᾶς ὑπερεβάλετο πάντας, quem in syriaco ne designatum quidem fuisse jam monuimus (p. 62) (7). Cetera, ut leviora, relinquo.

Ergo si partes utriusque libelli communes et semper et eadem ratione in breviorem formam græce semper fuissent contractæ,

(1) *De mart. Pal.* cap. I. (Cf. Curet. op. cit. p. 4 seq.)
(2) *Ibidem,* cap. V. (Cf. Curet. op. cit. p. 17).
(3) *Ibid.,* cap. VII. (Cf. Curet op. cit. p. 22 seq.)
(4) *Ibid.* Cap. IX.
(5) *Ibid.* Cap. XI.
(6) *Ibid.* Cap. XII.
(7) *Ibid.* Cap. XIII.

jure quidem libellum græcum syriaci compendium esse arbitrareris ; quod non licet, cum longe secus res sese habeat. Immo si integriorem magisque graphice scriptam martyris cujusdam passionem quæras, plerumque syriacum adi libellum. Contra si quam persecutionis historiam desideres, præsto sit tibi libellus græcus. Ideoque, ut universa vereque descripta appareant ea mala quæ temporibus illis Ecclesiam obruerunt, sumendus uterque libellus, atque, alteruter alterius rebus si suppletus erit, expressam universarum rerum imaginem præstabit.

V. Postremum, quomodo concludatur uterque libellus disserendum.

Hoc ordine res in græco libello collocantur : in memoriam scriptor redigit quomodo persecutio, quæ ab ecclesiarum eversione initium sumpserat, longe ulterius fuerit progressa ; qui ubique universum per orbem romanum, exceptis occiduis regionibus quæ summa et alta pace fruebantur, martyres circumspicit strenue pugnantes. Tum demum placata divina ira, de inhibenda persecutione imperatorum constitutionem describit. Deinde veniunt, ut prædictum est, infelicissimi illi persecutorum exitus cum morte Constantii beatissima collati, qui semper Christianos defenderat eisque faverat. Quæ cum omnia historicum opuculum optime decerent, suum græco libello finem imponebant (1).

Syriacum etiam opusculum ita concluditur ut maxime cum opere toto clausula congruat, a græci vero conclusione alienissima sit. Cujus hæc verba sunt :

« Eo loci cum narrando simus progressi, vos monemus quomodo Deus mox immanes istos præsides ultus sit iique celerius pœnas sceleribus debitas persolverint. Ille enim qui in Dei martyres feræ instar atrocissime irruerat, atrocissimam quoque tulit pœnam, jussuque ejus principis qui tum imperium regebat, ut fera, ita et ipse interiit. Et ceteri omnes alii alio mortis genere perierunt, mercedemque sceleribus debitam acceperunt.

« Jam omnia memoravimus et docuimus quæ toto persecutionis spatio apud Palæstinos patrata sunt. Beatissimi illi erant Dei martyres qui ætate nostra vicerunt ; qui, minimi vitam hanc temporariam facientes, divinam vero fidem multo pluris æsti-

(1) Cf. p. 22 seqq.

mantes quam quod plurimi latentem rerum his oculis carneis non percipiendarum spem obtinuere (1). »

« O beatissimos Christi regni martyres quorum perfectissima justitia ut aurum fuit probata, qui certaminibus cælestem angelorum vitam participavere, et qui divinitus vocati præmia victoribus promissa, sed abdita, sunt consecuti. « Nam oculus non vidit, neque auris audivit, neque in mentem humanam venit quod præparavit Deus amantibus se (2).

« *Desinunt capita quibus sanctorum confessorum in Palæstina victoriæ narrantur* (3). »

Ut ergo operis initio sibi proposuit auctor exempla martyrum nobis ostendere virtutesque celebrare, quæ imitaremur, quibus novum in animos robur injiceretur, quibus instructi salutis nostræ hostes fortius debellaremus, ita confecto opere conatur, præsertim victores laudibus cumulando eorumque mercedis magnitudinem extollendo, nos adhortari ut parem victoriam referamus eademque divina lætitia potiamur.

Igitur, cum procemio maxime congruit syriaci libelli conclusio ; quæ minime, ut græci, rerum scriptorem seu historicum decet, sed optime diligentissimum pastorem, qualem in opere syriaco non semel sensimus, et cui ante omnia curæ sunt Christianorum animæ.

(1) Meminit Eusebius Epist. ad Hebr., XI, 1 : ἔστιν δὲ πίστις ἐλπιζομένων ὑπόστασις πραγμάτων ἔλεγχος οὐ βλεπομένων.

(2) Verba desumpta sunt e 1 Epist. ad Cor. II 9 : ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν καὶ οὖς οὐκ ἤκουσεν καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

(3) Curet. *op. cit.*, p. 48. — Cf. Append. D.

CAPUT QUARTUM

Pergitur de Eusebii opusculo syriace reddito.

Cetera nunc explananda sunt, scilicet quo tempore conditum, quibus, et qua lingua scriptum fuerit opusculum syriacum ; quamdiu græce exstiterit atque utrum textus græcus aliquatenus restitui possit.

I. Opinatur Curetonius, cujus argumenta satis est hic contrahere, libellum syriacum et ante *Pamphili Vitam* et ante *Historiam Ecclesiasticam,* et ante ipsum opusculum græcum in vulgus emissum fuisse (1).

Ego vero non modo a Curetonio dissentio, sed etiam in contrarium disseram syriacum libellum post tria opera ab eo commemorata conditum fuisse.

Id maxime suam ad causam Curetonius convertit, quod in syriaco opusculo *Pamphili Vita* penitus siletur, quæ memoratur in græco (2). Nil tamen certi, quæ mea opinio est, ex eo silentio induci potest : quod ne locum quidem Curetonii sententiæ dare mihi videtur. Etenim in syriaco libello nullum aliud opus sive compositum Eusebius commemorat sive componendum prænuntiat. Quod longe secus ac Curetonius judicat intelligi potest, et ex

(1) Curet. *op. cit.* p. IX. « I would observe, also, that it seems to be evident that this work in which Eusebius recounts the martyrdom of Pamphilus and his companions, was composed before he wrote the fuller history of that noble martyr, to which he refers in the Abridgment ; for no reference whatever is made tho the existence of any such history in this original and more copious narrative of the martyrs of Palestine. It must, therefore, have been composed before he wrote the Ecclesiastical History, in which he several times adverts to the life of Pamphilus as having been already completed.

(2) *De Martyr. Pal.* cap. XI : ἐν τρισὶ ἤδη πρότερον ὑπομνήμασι παραδεδώκαμεν.

ipsius libelli proposito et ex eorum ordine qui hunc lecturi erant. Nempe, quod plane ex antea dictis patet, libellus syriacus plebis gratia scriptus est ad pietatem promovendæ, ad virtutem exercendam martyrum exemplis excitandæ. Inde hoc in opusculo syriaco, quod in omnium manibus versandum erat in primisque hominum a litteris alienorum, minime indicari opera alia poterant, quæ legentes fortasse non noverant, aut non facile sibi pararent. Passio igitur Pamphili et sociorum syriacum in libellum inserenda erat; sane mirabile absurdoque proximum esset, si clarissimus ille martyr, quo, ut fulgentissima gemma, Palæstini gloriabantur, ex opusculo in Palæstinorum martyrum gloriam dicato avulsus fuisset. Insuper illiusmodi legentes si ad suam *Pamphili Vitam* nec facile neque omnino fortasse reperiendam Eusebius remisisset, merus fuisset derisor.

Jam cecidisse arbitror Curetonii argumentum, meamque nunc sententiam suscipio demonstrandam.

Jampridem desierat in christianos persecutio tranquillumque tempus traducebat Ecclesia, cum Eusebius syriacum opusculum exorsus est. Nunquam enim in eo scriptor is esse videtur qui vix e procella evadat, qui recentioribus periculis aliquatenus adhuc commoveatur et trepidet; nullum est verbum quo legentem auctor hortetur ut fidem strenue confessus et tutatus quæstionem ac supplicium invictus perferat: quascumque partes amplectitur opus, in iis ne suspicari quidem auctor videtur persecutioni locum in posterum futurum esse. Num tantam securitatem animique tranquillitatem præ se ferre Eusebius potuisset, nisi jam christiani ea diuturna firmaque pace fruiti essent, qua Constantinus Ecclesiam donaverat?

In opusculo græco, ubi de utroque imperatore privatum habitum induente agitur, hæc occurrunt: « ἐν τούτῳ μεταβολή τις τῶν κρατούντων, αὐτοῦ δὴ τοῦ πάντων ἀνωτάτω καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν δευτέρου, ἐπὶ τὸ ἰδιωτικὸν σχῆμα γίνεται, νοσεῖν τε αὐτοῖς ἄρχεται τὰ κοινά. Μικρὸν δ' ὕστερον διαστάσης εἰς ἑαυτὴν τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, πόλεμος ἄσπονδος εἰς αὐτοὺς ἐπεγείρεται, οὐ πρότερόν τε τὰ τῆς διαστάσεως καὶ τῶν ἐπὶ ταύτῃ θορύβων κατάστασιν εἴληφεν ἢ τὴν καθ' ἡμᾶς εἰρήνην καθ' ὅλης πρυτανευθῆναι τῆς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν οἰκουμένης. Ἅμα τε γὰρ αὕτη τοῖς πᾶσι δίκην φωτὸς ὡς ἂν ἐκ ζοφερᾶς καὶ σκοτεινοτάτης νυκτὸς ἀνατέταλκε, καὶ αὖ πάλιν τὰ κοινὰ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας αὖθις εὐσταθῆ καὶ φίλια καὶ εἰρηναῖα ἦν, τὴν ἐκ προγόνων εἰς

ἀλλήλους εὔνοιαν ἀπολαμβάνοντα. Ἀλλὰ τούτων μὲν κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν ἐντελέστερον ἀποδώσομεν τὸν λόγον (1). Quæ quidem ratio reddita fuit in libris *Historiæ Ecclesiasticæ* nono et decimo. Secus vero syriace : « Tum vero subita est imperatorum mutatio, ejus scilicet qui omnium maximus erat et ejus qui ab eo secundus colebatur ; qui vero summum imperium deposuerant habitumque privatum, summa imperii consortibus commissa, induerant, iidem, amicitia discissa, inexpiabile bellum inter se gesserunt. Cui pesti nullum remedium adhiberi potuit ante pacem qua fruimur et quæ per orbem romanum reparata est ; pax enim tamquam lux e caligine effulsit ; ex quo summi Dei Ecclesia et Doctrina per orbem terrarum extensæ sunt (2). » Ecclesia vero se tantum extendere totumque terrarum orbem peragrare non potuit nisi aliquanto tempore post sedatam persecutionem, id est, ut suspicari licet, cum, ceteris principibus remotis, unus imperator Constantinus eam foveret ac tueretur (3). Videtur enim tanta animi tranquillitas tantusque Ecclesiæ auctus tantaque felicitas in ea optime convenire quæ de Constantino, post Licinii exitum uno imperatore, ab Eusebio referuntur in *Constantini Vita* (4).

Præterea, in procemio legitur : « Referre exordiamur eorum in peccatum certamina omni tempore ab iis fidelibus qui illis noti fuerant foris prædicata. Eorum sane laudes nec lapidea monumenta nec statuæ pictura coloribusque et rerum terrestrium mortuarumque similitudinibus variatæ servaverunt, sed verus sermo in Dei conspectu pronunciatus ; cujus rei ego sum testis oculatus (5). » Facile percipitur et signa lapideaque monumenta nondum erigi potuisse, cum vix considerent in christianos vexationes ; neque ita loqui potuisse Eusebium, nisi post aliquan-

(1) *De martyr. Pal.* cap. III.

(2) Curet. *op. cit.* p. 12.

(3) Quod ab Eusebio aperte declaratur in opere *De Vita Constantini*, I, 8 ; quod caput ita inscribitur : ὅτι τῆς οἰκουμένης πάσης σχεδὸν ἐκράτησεν, et hunc finem accipit : ὁ δὲ καὶ (Κωνσταντῖνος) μέχρι τῶν τῇδε βασιλικοῖς προσφωνήμασι τὸν ἑαυτοῦ θεὸν ἀνεκήρυττε σὺν παρρησίᾳ τῇ πάσῃ.

(4) Cf. *De Vita Constantini*, II, 18. seqq. ; III, 7 seqq. ; H. E. X, 9. — Etiam imperante Licinio, plurimis malis Orientalis Ecclesia afficiebatur ; cf. *Constantini Vita*, I, 49 seqq. ; II, 1 seqq. Cecidit Licinius anno 324.

(5) Curet. *op. cit.* p. 1.

tum tempus inter desinentem persecutionem pacemque firmatam elapsum, cum non monumentis erectis, sed narrando et orando, laudes martyribus fuissent tributæ.

Ceterum, id auctoris est consilium, quod ipse indicat, martyrum præclare gesta scripturæ committere servanda, et virtutum exempla oculis proponere imitanda. Nam : « Narremus igitur, ait, certissima signa gloriosaque illa divini verbi testimonia memoriamque in perpetuum memorandam scripturæ committamus, qua mirandæ martyrum virtutes nostros ante oculos assidue versentur (1). Quæ statim colligenda Eusebius non adeo curasset, si quidem fuissent omnibus recentia ; ideoque tanta diligentia testatur acta et apud ipsos testes oculatos, utpote vetusta, jam obsolescere, et ceteris natu minoribus jam non satis cognita esse.

Sed etiam, relato Urbani Palæstinæ præsidis, christianis infestissimi, exitu miserando, additur : « Quæ omnia cursim memoravi illorum gratia fidelium, e quibus *pauci* etiam nunc supersunt (2). » Paulo vero post persecutionem exstinctam si fuisset scriptus libellus, non pauci, sed permulti superessent qui Urbani capite damnati meminissent, quorum non necesse fuisset, utpote oculatorum testium, memoriam renovari.

Demum ex alio quodam argumento fortasse conjici potest quo tempore syriacum opusculum editum fuerit. Nempe de Pamphilo sociisque syriace legitur : « Quattuor dies noctesque sanctissimorum Dei martyrum corpora jacuere feris devoranda, jussu præsidis Firmiliani. Cum vero ne a feris tacta quidem remansissent, injussu præsidis ablata fuere, debitoque honore sepulcro tradita ; in interioribus ecclesiis reposita fuerunt precatoriisque in ædibus æternæ memoriæ commendata, ita ut a fratribus qui Deo serviunt colerentur (3). » Quæ eadem fere apud Simeonem Metaphrastem relata H. Valesius sic annotavit : « Jam Constantinus lege lata permiserat christianis sacras ædes condere et martyrum corpora eis inferre (4). » Quoniam ergo in syriaco libello

(1) *Ibid.* p. 2.

(2) Curet. *op. cit.* p. 26.

(3) Curet. *op. cit.*, p. 44 seq.

(4) Patrol. græc. XX, 1455 seq. Græce Simeon Metaphrastes : ἐπὶ τέσσαρας δὴ ἡμέρας τοσαύτας τε νύκτας προστάξει τοῦ Φιρμιλιανοῦ τὰ πανάγια σώματα

nos docet Eusebius martyrum corpora e sepulcro in ecclesia fuisse delata et reposita ac publico honore jam culta, ex eo suspicari licet, mea quidem sententia, syriacum libellum tum scriptum esse cum jam exstabat Constantini lex commemorata.

Porro statim ut Licinio bellum Constantinus intulit, ejus leges, quarum non paucæ in christianos latæ erant, omnes abrogavit. Deinde Eusebius, postquam in sua *Constantini Vita* Licinii miserabilem narravit casum, ita pergit : ἡπλοῦντο δὲ καὶ παρ' ἡμῖν, ὥσπερ οὖν καὶ πρότερον παρὰ τοῖς θάτερον μέρος τῆς οἰκουμένης λαχοῦσι, βασιλέως φιλανθρωπίας ἔμπλεοι διατάξεις νόμοι τε τῆς πρὸς τὸν θεὸν ὁσίας πνέοντες παντοίας παρεῖχον ἀγαθῶν ἐπαγγελίας, τοῖς μὲν κατ' ἔθνος ἐπαρχεώταις τὰ πρόσφορα καὶ λυσιτελῆ δωρούμενοι, ταῖς δ' ἐκκλησίαις τοῦ θεοῦ τὰ κατάλληλα διαγορεύοντες (1). Paulo post imperatoris constitutio integra recitatur, unde hæc tantum excerpimus : Οὐδὲ γὰρ τὸ ταμεῖον, εἴ τι κατέχοι τῶν προειρημένων, βεβαίως κατέχειν συγχωρηθήσεται · ἀλλ' οἷον οὐδὲ ἀντιφθέγξασθαι πρὸς τὰς ἱερὰς ἐκκλησίας τολμῆσαν, ὧν ἐπὶ χρόνον οὐ δικαίως κατέσχε τούτων ἐκστήσεται δικαίως ταῖς ἐκκλησίαις. Ἅπαντα δὴ ὅσα ταῖς ἐκκλησίαις προσήκειν ὀρθῶς ἂν φανείη,... ἀκεραίων πάντων μενόντων, ἀποκαθίστασθαι προστάττομεν. Quin κεφάλαιον μ' ita inscribitur : Τὰ μαρτύρια καὶ τὰ κοιμητήρια ταῖς ἐκκλησίαις ἐξίστασθαι προστάττομεν, postque : καὶ μὴν καὶ τοὺς τόπους αὐτοὺς οἳ τοῖς σώμασι τῶν μαρτύρων τετίμηνται, καὶ τῆς ἀναχωρήσεως τῆς ἐνδόξου ὑπομνήματα καθεστᾶσι, τίς ἂν ἀμφιβάλοι μὴ οὐχὶ ταῖς ἐκκλησίαις προσήκειν, ἢ οὐχὶ καὶ προστάξειεν ἄν ; ἡνίκα μήτε δῶρον ἄμεινον μήτε κάματος χαριέστερος καὶ πλείω ἔχων ὠφέλειαν ἕτερος ἂν γένοιτο ἢ τοῦ θείου προτρέποντος πνεύματος τὴν περὶ τούτων ποιεῖσθαι σπουδήν, καὶ ἃ μετὰ πονηρῶν ἀφῃρέθη προφάσεων ὑπὸ τῶν ἀδίκων καὶ μοχθηροτάτων ἀνδρῶν, ἀποκατασταθέντα δικαίως, ταῖς εὐαγέσιν αὖθις ἐκκλησίαις ἀποσωθῆναι (2). Ea lex est, ni fallor, quam H. Valesius laudavit, cum neque ulla alia imperatorum constitutio neque ipse

